



# **Adversus anabaptistas Philippi Melanchthonis Iudicium. : Item An magistratus iure possit occidere anabaptistas, Iohannis Brentij Sententia. Item Articulij, inspectionis ecclesiarum saxoniae, emendati.**

<https://hdl.handle.net/1874/420702>

*3*

# ADVERSVS

ANABAPTISTAS PHILIPPI ME-  
lanchthonis iudicium.

I T E M

*An Magistratus iure posse occidere Anabaptistas,  
Iohannis Brentij Sententia.*

I T E M

*Articuli, inspectionis Ecclesiarum  
Saxoniae, emendati.*

# ADVERBAS

AN APPENDIX TO THE  
POLITICAL ESSAYS

BY J. T. B.

WITH A HISTORY OF THE  
POLITICAL ESSAYS

16. 2. 1770.

WITH A HISTORY OF THE  
POLITICAL ESSAYS

16. 2. 1770.

# REVEREN

DO PATRI, FRIDERICO AB.

BATI AD SANCTVM

Aegidium Noriber-

ga, Philippus Me

Ianchthon

S. D.



Crispi ante aliquot  
menses breue dispu-  
tatione aduersus ana-  
baptistas. Sic enim erat  
eo tempore occupa-  
tus, ut non uacaret  
mibi ei uni argumento adsidere. Et qui  
meum iudicium requirebant, adeo ur-  
gebant, ut uel uacuo non uiderentur re-  
licturi satis temporis ad longiorem cō-  
mentarium, permisi tamē, ut ederetur  
hoc qualecunq; scriptum, ut interea ex-  
taret mea sententia. Multas pestes secū-  
trahit illud dogma, nec una in retan-  
tum fallitur isti fanatici homines. Id quod  
nuper resciui ex quodā qui initiatus illis

A ii

## CONTRA ANABA-

impiis mysteriis, ultro resipuit. Nulla  
est ueterū hæresum, quæ non uideatur  
his autoribus repullulare. Prodest igitur  
hortari imperitos homines, ut fugiant

Anabaptistæ Anabaptistas : obambulat Satan, tanq;  
fugiendi sunt leo rugiens, quærens quem deuoret.

Quid enim aliud sunt illorū disputatio-  
nes, quām insidiæ diabolicæ. Non sæpe  
scripturas citat, plerūq; rōnibus nitunt,  
& illis quidē male inter se cohætibus.  
Quod indiciū est corruptæ mentiū, ut  
Pauli uerbo utar. Nos uero rogem⁹ Chri-  
stū, qui dixit Petro, se pro eo rogasse, ne  
deficeret eius fides, ut & corda nostra cu-  
stodiat, & ut exalscitet in nobis fidē, ne  
& simplicitate Verbi Dei ad impias opi-  
niones abstrahamur. Vale feliciter.

## CONTRA

ANABAPTISTAS PHILIPPI ME-

Ianchthonis Iudicium.

Sæpe alias diximus, quorū locorum  
notitia maxime necessaria sit. Indi-  
cavit

P T I S T A S . P H I L . M E L .

tauit eū eos Christus , cum iubet prædicari poenitentiā & remissionem peccatorum . Et uoluit Paulus ostendere principia capita doctrinæ Christianæ , ubi inquit : Finis præcepti est charitas ex corde puro , & conscientia bona , & fide nō ficta . Idem loci proponunt apud Prophetas : Misericordiam uolui , non sacrificium , & scientiam Dei plus quam holocausta . Ad hunc modum & alias sæpe scriptura monet , ut maxime cognoscamus hos locos , doctrinam poenitentiæ , itē fidei , patientiæ , charitatis , et omnium honorū operū . In hos locos intueri nos oportet , his excitāda sunt corda & exersēda , ut simul in nobis timor & fides augeantur , & crescat cognitio Dei , & quoties aliquā partem Scripturæ in manus accipimus , illi loci quos recensui maxime requirendi sunt . Et est quædam summa doctrinæ Christianæ informanda . Sed hoc seculo plane præpostera quadā sapientia delectantur homines , rixant de ceremoniis , item de traditiōibus hu-

Principalia  
doctrinæ Chri  
stianæ capita.

A iii

## CONTRA ANABAS

manis sine fine , interim de pœnitentia,  
de fide , de Cruce , de Charitate , & omni-  
bus bonis operibus magnum silentium  
est. Nos autem summam doctrinæ Chri-  
stianæ læpe alias tradidimus , & fortasse  
suo loco repetemus. Nunc quia de Sa-  
cramētis tam multæ ac pnitiosæ dissensi-  
ones sunt, uisum est hoc loco attingere il-  
las controuersias , ut p̄muniāmus aliqua  
ex parte impios aduersus hæreses , quæ  
magno numero subinde nascuntur. Est  
enī difficile retinere uerū inter tot scans-  
dala , in tot dissensionibus , & fere fit , ut  
error gignat errorem , quemadmodum  
significat & Paulus , cum inquit , profice  
re hæreticos in deterius.

## QVID SIT SACRAMENTUM.

## Sacramentū quid sit.

P T I S T A S . P H I L . M E L .

& quo Deus instituit signum. Multa igitur sacramenta numerari possent, si quis omnia signa promissionū diuinarū diligenter uellet colligere. Adflictio est sacramentū. Est enim res cui adiunxit Deus uerbū quo promittit gratiam: ut, Cum iudicamur, a dño corripimur, ne cum hoc mūdo damnemur. Item, Filiū quē diligit, corripit. Itē, Inuoca me in die tribulationis, & eripiā te. Quanquā igitur sensus carnis reclamet, & iudicet adflictionem signū esse irā, tamen statuere debemus non ex nostro sensu, sed ex Verbo Dei adflictionem signum esse gratiæ, seu misericordiæ. Sunt item sacramenta officia charitatis, quia accedit uerbum dei quo pmittitur gratia: Date & dabit uobis, remittenti remittetur. Ut enim arcus significat terram non esse peritura amplius diluuij. Ita significat opera charitatis, qd Deus uelit nobis ignoscere. Sicut uellus Gedeonis signū fuit promissa uictoria, ita adflictio signum est promissa gratiæ. Neq; tamen uellus iustifi

Sacramenta  
sunt officia  
charitatis.

A iiiii

C O N T R A A N A B A

cavit Gedeonem, sed fides qua credidit Deo, ita adflictio non iustificat: ita nec opera charitatis iustificant, sed signa sunt promissæ gratiæ. Oporret igitur fidé ac cedere quæ credat promissioni Dei. Ad hunc modū, & pleræq; aliæ res colligi possent, quibus additæ sunt promissiōes gratiæ, quæ recte & utiliter Sacramēta uocari possint. Nos autem Sacramenta cōmuni consuetudine nūcupamus hæc duo, Baptismū, et Cœnā Domini, quia sunt cæremoniæ quædā diuinitus institutæ, quibus sunt additæ promissiōes gratiæ.

Posteaquæm de uocabulo Sacramenti diximus, dicendū est etiam in genere de usu Sacmentorū. Primū igitur hoc sciamus, Sacramenta non tantū instituta esse in hoc, ut notæ essent, quæ discernerent Christianos & gentibus, sicut togæ Romanos discernebat & Græcis: aut sicut uestitus discernit Monachos. Sic enim scribunt nōnulli Sacramēta esse instituta, ut per hæc ostendamus gentibus, nos

nos credere Christo, & profiteamur fidē  
coram hoībus, & nostro exemplo alios  
inuitemus ad suscipiendam doctrinam  
Christi. Nos uero sic sentiamus Sacramē  
ta esse uoluntatis diuinæ signa erga nos,  
nec tantū signa esse nostræ professionis  
erga homines. Ut eīn uellus erat Gedeo  
ni nō tantū pro notā qua exercitus eius  
ab hostibus, tanquā Castrensi tessera dis  
cerneret, sed magis signū uoluntatis dei,  
& promissæ uictoriæ pignus. Ita & nobis  
Sacra menta sunt signa uoluntatis Dei,  
Sicut & Christus docet, cum inquit: Hoc  
facite in mei memoriam. Meminisse au  
tem Christi, non est tantum docere ali  
os, sed meminisse benefiorū, quæ ac  
cepimus & ipsi ab eo per mortem eius, &  
resurrectionē, hoc est, meminisse remis  
sionis peccatorū, quam per eū cōsequi  
mur. Sicut eīn uoluntas Dei ostenditur  
in Verbo, seu promissione, ita etiam  
ostendit̄ in signo tanquā in pictura. Et  
ut Verbum percipitur auribus, ut exu  
scitet fidem in corde, sic incurrit signū

*Sacramēta di  
uinæ uolunta  
tis signa.*

C O N T R A A N A B A :

in oculos, ut & ipm exuscitet fidem in corde. Ideoq; Augustinus scripsit sacramentū esse uisibile uerbum, quia idem significat quod pmissio, & est tanquā pictura diuinæ uolūtatis, sicut uerbum uox est uolūtatis diuinæ. Hæc de usu sacramentorū iudicauit lectorē esse monendum, quia quidam docent sic tantū uti sacramentis, ut coram hoībus profteamur fidem : Hanc partē prætermit-tunt, esse utendū illis, quia moneant & significēt quid à Deo accipiamus, quia erigant & exuscitent fidem. Erit autem hic locus magis perspicuus, cum expuerimus uniuscuiusq; Sacramenti proprium usum.

Secundo, prodest & hoc moneri, Sacra menta non iustificare. Fallunt enim qui existimant se mereri remissionem peccatorū isto opere, cum manducant Cœnā Domini. Paulus enī docet iustificari nos non ex operibus, sed ex fide. Et sicut audire uerbū sine fide nō iustificat, ita uti sacramento sine fide non iustificat.

Nam

P T I S T A S / P H I L . M E L .

Nam & ipsum sacramentū est, ut ante  
dixi, uerbum quoddā uisibile. Sicut em̄  
uox percipitur auribus, ita sacramentū  
incurrit in oculos, ut moueat corda ad  
credendū: Et cum sacramenta contine-  
ant promissiones, ita demum recte ute-  
mur illis, cum credamus nos ea cōsequi  
quæ promittunt, nam promissiones re-  
quirunt fidem. Sicut Paulus docet Rō.  
iii.4. Et ibidem docet Abraham non esse  
iustificatū ex circūcisione, sed Circūci-  
sionem fuisse signum iustitiae, id est quo  
Deus testatus sit se misereri Abrahæ, ac  
iustificare Abrahā. Hoc testimonio con-  
firmatū est & alitur fides Abrahæ, pros-  
pter quam iustificatus est. Ideoq; adpel-  
lat Paulus Circūcisionem sigillum iusti-  
cie, ut em̄ sigilla nos de alterius uolu-  
tate certos faciunt, ita per Circūcisionē  
certior fit Abraham de uoluntate Dei.  
Sic & nos uti Sacramentis nostris debe-  
mus, & iudicare ea esse signa iustitiae,  
qua exhibuerit nobis Christus, ut testa-  
tur se remittere peccata & iustificare.

Sacramenta  
continēt pro  
missiones

Promissiones  
requirunt fi-  
dem.

## C O N T R A A N A B A

Qui abaptizati sumus, gerimus notam  
qua testatur Christus se remittere pecca-  
ta agentibus poenitentiā, seu territis cō-  
scientiis, non secus ac si quotidie nouo  
signo de cōelo idem testaretur. Nec est  
somniaudū unius esse temporis Baptis-  
mum, semper hanc notā gerimus, cum  
poenitentiæ, tum promissæ gratiæ.

## D E B A P T I S

M O.

Baptismus si-  
gnum poeni-  
tentiae.

Aptismus est signum poenitentiæ, &  
**B**remissionis peccatorum. Principio  
enim q̄ sit signum poenitentiæ, te-  
statur Ioan. Matth. iii. qui ait: Ego bapti-  
zo uos aqua ad poenitentiam. Et sic præ-  
dicatio Ioannis est prædicatio poeniten-  
tiæ. Sicut Esa. xl scriptū est. Ita & baptis-  
mus eius uerbi signum est, quod à Ioan-  
ne prædicatū est. Deinde, quod baptis-  
mus sit signum remissionis peccatorū,  
adparet ex uerbis Christi: Qui credi-  
rit, & baptizatus fuerit, saluus erit. Et  
Pau. ad Titum. iii. uocat baptismū laua-  
crum

P T I S T A S PHIL M E L.

crum regeneratiois, & renouationis sp̄i  
ritus sancti. Non igitur solius mortifica-  
tionis signum baptismus est, pr̄sertim  
cū pr̄dicatio p̄c̄nitentiæ in Euangeliō  
non sit tñ cōminatio, sed habeat coniū  
ctam promissionem gratiæ. Sic em̄ ait  
Ioan. A gite p̄c̄nitentiā, quia appropin-  
quat regnum cœlorum. Et Ioan. i. Ecce  
agnus dei, qui tollit peccata mudi. Non  
significat igitur baptismus p̄c̄nitentiā  
ita, quin simul ostendar remissionē pec-  
catorū per omnem uitam, sicut Paulus  
inquir. Quicūq̄ baptizati sumus in Chri-  
sto Iesu, in morte ipsius baptisati sumus.  
cōsepulti. n. sumus cū illo per baptismū  
in morte. Cū igitur baptismus significet  
mortificationē seu p̄c̄nitentiā, eaq̄ effici  
debeat per omnē uitā donec moriamur,  
satis constat baptismū nō esse opus, ad  
unum quoddā certū tempus pertinens,  
sed significans in omni uita p̄c̄nitentiā.  
Nihil igitur necesse est repetere signum,  
alioqui quotidie baptizari oportebat.  
Semp em̄ agere p̄c̄nitentiā & terretiu

C O N T R A A N A B A

dicio Dei , semper erigi & confirmari  
per fidem debemus.

D E V S V E T F R V C T V S A C R A  
menti Baptismi.

Ic igitur utendū est baptismo . Ter-  
**S**rere nos debet , & ad pœnitentiam  
hortari , & ostendere iram Dei ad-  
uersus peccatum . Et cum in Christum  
baptizemur , iubet uidere in Christo irā  
Dei aduersus peccatū . Sic enim irasci-  
tur Deus peccato , ut nulla creatura , nul-  
lus angelus , nullius sancti quantūvis bo-  
na opera delere peccatū potuerint . Itē  
ut filium suum uoluerit pro peccatis of-  
ferti , sic ut non solum isto mortis gene-  
re foris adficeref , sed etiam intus tanq  
abiectus à deo expauesceret . Cum itaq  
tantopere oderit Deus peccatū , admo-  
net nos baptismus , qui consepelit nos  
cum Christo in mortem , ut uere expa-  
uescamus & terremur magnitudine iræ  
diuinæ , sicut & Christus de sua morte in-  
quit : Ne plorate super me , sed plorate  
super

P T I S T A S P H I L . M E L .

Iuper uos, & super filios uestrós. Trans-  
fert em̄ mortis suæ causam & exemplū  
in nos. q. d. Ego patior, sed pro uobis.  
sustineo iram Dei, non quā ipse merui,  
sed quā uos meruistis. Nisi plorabitis &  
agetis pœnitētiā, dabitis pœnam, &  
manebit ira Dei super uos. Est ergo hic  
baptizmī usus, magnitudie iræ diuinæ  
ad exemplū Christi terrori, & prophanat  
baptismū, qui securi sine metu Dei, si-  
ne pœnitentia uiuūt, etiam si quotidie  
abluerent, semel est nobis traditum si-  
gnū iudicij Dei, & mortis nostræ. Itaq; Signare no[n] ad  
ipsum signum renouare nihil opus est. re, nūbil opus  
Sed hac respiciamus quo signum perti-  
neat. Accepimus enim tanq; cōdemna-  
ti capit̄, signum mortis nostræ, & iudi-  
cii Dei. Expauescere igitur nos oportet,  
& agere pœnitentiā, & sentire qđ Deus  
iure succēseat nobis, & iure puniat nos.  
Neq; uero satis est baptismō per terrefie-  
ri, sed in his terroribus oportet nos fidē  
concipere, & intueri baptismū, ac sen-  
tire signum esse promissæ gratiæ & res-

*Desperate  
conscientiae  
remedia.*

missionis peccatorū . Et adprehendere uocem Iohannis , Appropinquat regnū cœloꝝ . i. gratia , sapientia , misericordia , iusticia , uita . Itē : Ecce agnus Dei , qui tollit peccata mundi . Ita quoties labo-  
rat & luctatur cum desperatione consci-  
entia , intueri debemus hanc notam uo-  
luntatis & misericordiæ Dei , quæ testi-  
moniū est promissæ gratiæ , modo cre-  
damus Deo pmittenti , atq; ea fides sic  
nos eriget in his pauoribus , est iustitia  
corā Deo , hanc postulat Deus , hæc be-  
ne de Deo sentit . Hæc uidet nos diligi &  
Deo , nos curæ esse Deo tanq; patri pro-  
pter Christū . Sic igitur baptismo ute-  
dum est , etiam ad consolationem . Et si  
cut Verbum est traditū , ut sit aduersus  
desperationem præsidium , ita & baptis-  
mus inter arma numerandus est , quæ  
tradita sunt cum depugnantibus cū de-  
speratione & incredulitate . Sic enim eō  
modum si noua miracula de cœlo ostē-  
derentur , & ut Gedeonem uellus ad cre-  
dendum

P T I S T A S P H I L . M E L .

dendum exuscitauit. Ita & nos hortari baptisimus & ad credendū erigere debet.

Secūdo hic animaduertendū est , cū baptisimus sit signum mortificationis , omnes afflictiones , deniq; mortē ipam significari à baptismō , & ad hoc tradi tum esse , ut testareſ afflictiones & mor tem , quæ naturæ imposta fuerat ppter peccatū , nunc salutare esse , nec adfigi nos ut perdamur , sed ut saluemur & in sertas esse afflictōes nostras morte Chti sti . Sicut autem mors Christi sacrificiū est , ita et nostræ afflictiones , quia sunt insertæ Christo per fidem , sacrificia sunt Deo grata . Et quemadmodū glorifica tus est Christus , ita significat baptismus ac testatur nos exaudiri , liberari , iuuati , glorificari . In omnibus igitur afflictionibus respicere ad baptismum debe mus , qui admonet placere Deo , ut humiliemur et adfigamur , et significat promitti in omnibus afflictionibus auxilium .

B

C O N R A A N A B A  
D E B A P T I S M O I O H A N N I S  
et Christi.

**E**xternus baptismus quem admini-  
strat Iohannes, nihil differt ab exter-  
no baptismo quē Christus administrat,  
sive Apostoli. Idem enim signū est insti-  
tutum diuinitus per ministeriū Iohannis,  
*Distinctio bā  
ptismi Christi  
& Iohannis.*  
qui est minister noui testamenti, sicut in-  
quit Christus : Lex & Prophetæ usq; ad  
Iohannem &c. Christus igitur signo iam  
instituto & ipse usus est, Iohannes uero  
nō distinguit externū baptismum, sed  
suū ministeriū ab officio Christi, quia Io-  
hannes baptizat tñ aqua, hoc est, exter-  
nū baptismū administrat, & prædicat  
Verbū, idem faciunt Apostoli. Sed Chri-  
stus non tñ externū baptismū admini-  
strat, sed satisfacit pro peccatis nostris.  
Tollit peccata, dat Spiritū sanctū. Ni-  
hil igitur signum externū administratū  
& Christo, differt & signo administrato  
& Iohanne, idem significant & efficiunt  
utraq; sed personæ differunt ac officia.  
Iohannes em̄ missus est tñ ut prædicaret,  
sicut & Apostoli. Christus uero missus est  
ut tollat.

P T I S T A S P H I L . M E L :

ut tollat peccata , ut det Spiritū sanctū  
Non igitur nostris operibus , aut satisfa-  
ctionibus deleri peccatū , significauit Io-  
hannes. Sed docuit filios Dei fieri nō pos-  
se , nisi Christus mittat in corda nostra  
spiritū sanctū , per quē sanctificemur &  
renouemur , ac gubernemur. Et sicut  
Verbū externū quisquis tandem prædicat  
sive Iohannes , sive Christus , sive Aposto-  
li , idem est , ita & signū idē est. Sed hoc  
pprie Christi opus est , dare spiritū san-  
ctum. Datur autē spiritus sanctus , quādo  
Deus uel per Verbū , uel per signū perter  
refacit , & consolatur ac uiuiscitat corda ,  
nam & uerbū & signū adhibentur , ut per  
ea Deus moueat corda , perterrefaciat ac  
rursus erigat per fidem , cum intuentur  
uel Verbū , uel signū . Hæc de usu baptis-  
mi tendere nos ac scire prodest , ne somni-  
emus baptismū opus esse , quod ad unū  
aliqd' tēpus pertineat , sed ut eo utamur  
in omni uita , iuxta Pauli doctrinā Ro.  
vi. cum ait : Consepulti sumus cum illo  
per baptismū in mortem.

Solus Chri-  
stus dat spiri-  
tum sanctum.

CONTRA ANABA.  
DE BAPTISMO INFAN-  
tium.

**B**aptismum infantium constat à ue-  
teribus scriptoribus ecclesiæ proba-  
ri. Nam Origenes et Augustin⁹ scri-  
bunt ab Apostolis receptū esse. Et Cy-  
prianus, Chrysostomus, et Augusti. ad  
*Veterum opini-  
nio, de baptis-  
mo infantū.*  
uersus Julianū. Item de peccatorū meri-  
tis clare probant. Hoc præfari uolui, qā  
prodest scire quid ueteres indicauerint  
de re tanta, nec est ab illis sine certis et  
perspicuis scripturæ testimoniiis diffen-  
tiendum. Hoc tempore improbant qui  
dam baptismū infantium, et postulant  
adultos denuo baptisari. Hæc dogmata  
cū nulla firma testimaonia ex scripturis  
habeant, tamen aliqui amplexi sunt. Et  
hui⁹ erroris authores, alia multa impia  
dogmata sparserunt. De rerum cōmu-  
nicatione, de tollendis Magistratib⁹. Cū  
autē hæc signa, et has notas impietatis,  
isti Phanatici spiritus præ se ferant, meri-  
to debuit etiam suspecta esse nouitas in  
aliis dogmatibus. Sed Christus prædixit de

P T I S T A S P H I L . M E L .

de nouissimis temporibus fore , ut mul-  
ti seducantur , hoc magis uigilare debe-  
mus , et nullum dogma recipere sine cer-  
tis et perspicuis scripturis . Nunc ad cau-  
sam . Hoc constat , promissionē gratiæ et  
regni Dei etiam ad infantes pertinere .  
Huius sententiæ habemus manifesta te-  
stimonia in scripturis . Primū , quia præ-  
ceptum est , ut etiam infantes circūcide-  
rentur . Fuit autem circuncisio signum  
promissæ gratiæ , et promissi seminis , in  
quo benedicendæ sunt omnes gentes . Et  
Paulus Circūcisionem uocat signum iu-  
stitiæ . Roma . iiiii . Et Gen . xvii . scriptum  
est : Ego Deus eorum . Item : Masculus cu-  
ius præputii caro nō fuerit circūcisa , de-  
lebitur anima illius de populo suo . Hæ  
sententiæ quid aliud sunt quā m promis-  
siones gratiæ : Nam cum ait , Ego Deus  
eorum , significat se uelle misereri & ser-  
uare eos . Et postea cum minatur iis qui  
non circūciduntur , certe testatur se cir-  
cisos in gratiam recipere , non circū-  
cisos non recipere , ut Circūcisio pro uer-

Promissiones  
etiam ad infan-  
tes pertinent.

## CONTRA ANABAS

io, ac certo signo gratiæ habeatur, nō dum de baptismo dico, tantū hoc colligo, quod promissio gratiæ & uitæ æternæ pertineat etiam ad infantes. Etenim si Circumcisio, quæ est signum gratiæ, ad infantes pertinuit, necesse est etiam gratiam ac remissionem peccatorū ad infantes pertinere. Secundo Matth. xix. scriptum est: Sinite paruulos ad me uenire, & nolite eos prohibere, talium est enim regnum cœlorum. Hanc sententiam ita eludunt quidam, Christum non hoc diceant, quod regnum cœlorum sit puerorū, sed eorum qui pueris similes sint, uerum hæc interpretatio præcedentibus uerbis refellitur. Christus em̄ iubet paruulos ad se adferri, quare necesse est ad eos etiam gratiæ pertinere, alioqui non erant adserendi ad Christū, sed abiiciendi inter inimicos Dei. Item, ut maxime Christi uerba, non de paruulis interpretetur, sed de his qui sunt illorū similes, adpareat tamē eum approbare & recipere paruos, alioqui em̄ neque eos probaret, qui illorū

Refellitur  
quorundā e-  
lusio de bap-  
tismo paruu-  
lorum.

re, qui pueris similes sint, uerum hæc interpretatio præcedentibus uerbis refellitur. Christus em̄ iubet paruulos ad se adferri, quare necesse est ad eos etiam gratiæ pertinere, alioqui non erant adserendi ad Christū, sed abiiciendi inter inimicos Dei. Item, ut maxime Christi uerba, non de paruulis interpretetur, sed de his qui sunt illorū similes, adpareat tamē eum approbare & recipere paruos, alioqui em̄ neque eos probaret, qui illorū

P T I S T A S P H I L . M E

Iorū euasissent similes. Postremo Mar-  
cus inquit: Benedicebat eis, quod accipi  
nō potest aliter, nisi qđ receperit in gras-  
tiam, quod cōmendauerit eos patri san-  
ctificandos & seruandos &c. Huc exépla  
etia sunt accersenda. Non em̄ dubiū est  
Quin regnum Dei pertinuerit ad pueros,  
qui sunt interfecti ab Herode, sicut signi-  
ficat Euāgelistā, citans locū Ieremiāe de  
sanctis martyribus. Cum itaq; hoc cōsti-  
tuerimus, qđ regnū Dei pertineat etiam  
ad pueros, iam uidendū est ad quos pue-  
ros pertineat, nam si ad omnes pueros  
etiam extra Ecclesiā pertinet, nihil eis  
opus est baptismo: sin autē remissio pec-  
catorū nō est, nisi ubi Verbū est & Sacra  
mēta, remissio pctōrū ad eos pertinebit,  
quibus aut Verbū, aut Sacramentū ad-  
hibetur. Nullū autē e scripturis testimo-  
niū adferri potest, quod pmissio gratiæ  
pertineat ad pueros qui sunt extra Eccle-  
siam. Et in cōfesso est remissionem pec-  
catorū nō esse, ubi neq; Verbū est, neq;  
Sacramēta, sicut Petrus inquit Act. iii.

Quibus per-  
tineat regnū  
Dei.

C O N T R A A N A B A.

Neq; em̄ aliud nomen est sub cœlo datū  
hominibus , in quo oporteat nos saluos  
sieri . Cum itaq; ibi tantum sit remissio  
peccatorum , ubi aut Verbum est , aut  
sacramentū , consequitur , salutē ad eos  
infantes pertinere , quibus adhibetur Sa-  
cramentū , quod est signum ac testimo-  
niū promissæ gratiæ omnibus ætatibus  
non tantū adultis : nullam firmā ratio-  
nem , nullum perspicuum scripturæ te-  
stimoniuū video aduersus hāc rationem  
opponi posse . Cum remissio peccatorū  
ibi tantum sit , ubi Verbum est , ac Sacra-  
mentū , cōsequitur , ad eos infantes per-  
tinere remissionem peccatorū , qui Ec-  
clesiæ inserūtur , quibus signum promis-  
sæ gratiæ adhibetur , quod si non satis  
firma hāc ratio aduersariis uideſ , oſten-  
dant ipſi ac probant remissionem pecca-  
torum ad infantes extra Ecclesiām per-  
tinere . Nisi forte hoc malū ſentire pro-  
missionem gratiæ , omnino ad infantes  
non pertinere . Sed nos diuerſum ſupra  
oſtendimus . Sed inquiunt . Baptismus

requirit Verbum ac fidem , infantes autem cum nihil intelligent , neq; Verbū habent , neq; fidem , huic aduersariorū rationi exemplū Circūcisionis opponit . Quæ cum etiam Verbū ac fidem requireret , tamen adhibebatur infantibus diuino mādato . Sunt autem plane gratiæ eiusdem , Christi signa , Circūcisio & baptismus . Non enī fuit Circūcisio tantū promissionū corporaliū signum , sed potius pmissi seminis , scilicet Christi , sicut et Paulus ad Ro.iii. testatur , cum uocat signum iustitiae . Et ad Gal. docet ante legem fuisse promissionem gratiæ ac iustitiae . Sicut igitur Circūcisio testabatur tunc remissionem peccatorū ad infantes pertinere , tamē si nondū uterentur ratione , nondū intelligere Verbum possent . Ita & nunc baptismus testatur ad infantes remissionem peccatorū pertinere , etiam si prædicationem Verbi nondū intelligant . Quod si magnopere contendant aduersarii infantes nihil intelligere , eodem modo colligere po-

## CONTRA ANABATI

terunt, aut infantes omnes ad regnum Dei pertinere, aut nullos omnino. Quod cum sit absurdum, fateantur ad eos infantes pertinere remissionem peccatorum, qui bus Sacramentum adhibetur. Sed nullum praeceptum, inquiunt, cogit baptizare infantes. Ad hoc respondeo, tametsi praeceptum expressum non habeamus, tamen habemus exemplum, quod ualere debet, cum scriptura diuersum non praeceperit. Habemus itaque causas ex scriptura sumptas. Primum igitur ostendat aduersarii, ubi scriptura prohibeat baptizare infantes. Deinde ostendant, cur non liceat transferri exemplum Circumcisio[n]is ad baptismum, cum eundem Christum significet utrumque signum. Postremo hanc causam nostram, quae ex scriptura sumpta est, confutent, scilicet, cum pertineat promissio gratiae ad infantes, nec sit extra Ecclesiam remissio peccatorum, efficitur, ut sit adhibendum signum infantibus, quod testetur ad eos pertinere remissio peccatorum. Haec causa cum sit de scriptura sumpta

Obiectio A -  
nabaptistarum

P T I S T A S P H I L M E L.

pta, falso aduersarii, quod  
sine autoritate scripturæ baptismum in  
fantum probemus, ac uidete quām nō  
sit tutum assentire iis qui uerant baptiza-  
re paruulos, nusquā neq; scriptum, neq;  
pictum est remissionē peccatorū ibi es-  
se, ubi neq; Verbū, neq; Sacramentū est,  
quare nunq; poterūt affirmare Catabap-  
tistæ, q; illi pueri, quibus nō adbibet  
baptismus, seruentur, aut consequant  
remissionē peccatorū, quod testimoniū  
scripturæ? quod exemplū c; quā ex scri-  
ptura rationem adferant, ut sciamus in-  
fantes extra Ecclesiam consequi remis-  
sionē peccatorū? Hinc intelligi potest,  
quām incerta doceat aduersarii. Et hæc  
una res Catabaptistis fidē detrahere pos-  
sit, quod cū improbant baptismū par-  
uolorū, affirmant rem incertissimā, re-  
missionē peccatorū alicubi esse, ubi nec  
Verbū sit, nec Sacramentū. Cum igi-  
tur tam sint incerta dogmata eorum,  
adparet, quantū periculū sit ea recipere  
cōtra ueterem Ecclesiæ cōsensum, qui  
grauissimas causas habet de scriptura

Respoſio ob-  
iectorum.

CONTRA ANABAT

sumptas. Sed hic obiter etiam dicendū est, quod peccatum remittatur infantibus. Video autē ueteribus scriptoribus hoc placuisse, remitti peccatum originale infantibus. Sic enim scribit, cum saepe alias, tunc maxime aduersus Julianum Augustinus, citans etiam aliorum scriptorum testimonia, eamq; sententiam nos sequemur: non enim accipiendus est baptismus pro inani signo, sed pro signo remissionis peccatorū, proq; testimonio diuinæ voluntatis, ut supra diximus. Est igitur hoc loco exponendū, quomodo remittatur peccatum originale. Vocant autem peccatū originis Christiani scriptores corruptionem humanæ naturæ, quod sine noticia Dei, sine timore, sine fide nascimur. Et præterea adserimus nati concupiscentiam, qua adtrahimur ad manifesta flagitia. Hæc autem corruptio humanæ naturæ sequuta est maledictionem post lapsum Adæ. Porro, sunt hoc tempore quidam, qui dum nimium philosophant, negant hanc corruptionem.

P T I S T A S P H I L . M E L .

ruptionem peccatum esse , sed hi prossus  
dissentient à scriptura . Augustinus mira  
tur suis temporibus fuisse , qui peccatum  
originis negarēt , cum nemo antea fue  
rit in Ecclesia qui sic senserit , & inquit :  
Ab initio usq; ad præsens tempus , quo  
ista nouitas orta est , hoc de originali pec  
cato apud Ecclesiæ fidem , tanta con  
stantia custoditum &c. Hoc magis no  
stris temporibus uituperāda est quorun  
dam calliditas , qui uestus dogma de pec  
cato originis irrident . Sed colligemus ex  
scripturis locos , qui docent & naturam  
corruptam esse , & eam corruptionē uere  
peccatum esse , Ro.v. Per unum homi  
nem peccatum intravit in mundū , & dein  
de in omnes homines mors pertransiit ,  
quia omnes peccauerūt . Et Ephe.ii. Era  
mus natura filii iræ , sicut & cæteri . Esse  
autem filios iræ , est eiusmodi peccatum  
habere , cui Deus irascitur , & quod da  
mnat . Et in Psal. scriptū est : Ecce enim  
in iniquitatibus cōceptus sum , & in pec  
catis cōcepit me mater mea , id est , cū for

Peccatum origi  
nale unde-

CONTRA ANABAE

mater, eram immundus, & contrahēbā  
peccatū. Et Geñ. viii. Formatio cordis  
humani mala est à pueritia. Significat  
enī nos nō imitatione, seu exemplis ma-  
lorum corrumphi, sicut Pelagiani sense-  
runt, & iudicant Philosophi. Sed natu-  
Pelagianorū  
Sententia.  
ram humani cordis, secum inde usq; ad  
pueritiam adferre cōcupiscentiam, q. d.  
prius existere in natura concupiscentiā,  
quā in sensum imitandi: & haud scio,  
an nomen formatio hic de natuitate ac  
formatione fœtus sit accipiendū? Huc  
pertinet & locus Ioan. i. Qui non sunt  
nati ex sanguinibus. Damnat enī Euani-  
gelistā omnes qui non sunt ex Deo nati.  
Et Iohan. iii. Quod natum est ex carne,  
caro est. Et Paulus Roma. viii. Caro nō  
potest legi Dei subiici. Posset autem legi  
Dei subiici, si non adferret secum corru-  
ptionē, ac peccatū nascens. Sentire igi-  
tur debemus quod natura corrupta sit,  
hōc est, quod nascimur sine timore Dei.  
sine fidutia erga Deum. Item, quod ad-  
feramus nati concupiscentiam nobiscū,  
qua

P T I S T A S P H I L . M E L .

quæ est efficax, ut inquit Paulus in membris nostris, & parit uitia. Præterea sentiamus eam corruptionem eiusmodi peccatum esse, quod damnet Deus. Philo-  
phi mirati sunt quid sit causæ, cur homi-  
nes tanta ui ad uitia ferantur, nec pos-  
sent obtemperare rationi recta monen-  
ti, sed docet nos Christiana doctrina cau-  
sam esse pœnū originis, quia post Adæ  
peccatum maledicta sit eius posteritas;  
hinc illa naturæ corruptio est. Ut cīm ar-  
bor fit stérilis, si maledicat ei Deus, ita  
natura corrupta est et debilitata, post  
ea quām filii iræ facti sumus. Nunc re-  
deo ad institutū. Remittitur peccatum  
originale infantibus, non ita ut morbus  
totus statim sanetur. Sed ignoscitur eis,  
ne rei habeantur istius peccati: seu, ut  
ueteres loquuntur, donec in hac carne ui-  
nimus, manet morbi reliqua, sed reatus  
tollitur. Recipiunt enim in gratiā pueri &  
sanctificantur a Deo. Sicut enim de Circū-  
cisione scriptū est: Ego Deus eorum, quod est  
recipiam eos in gratiam, custodiā eos,

Comparatio.

## CONTRA ANAB.

& sanctificabo eos, gubernabo eos. Ita &  
isti pueri commédati Deo, recipiútur in  
gratiá, sanctificantur & custodiuntur à  
Deo. Quanq; enim ratione nondū utan-  
tur, tamen agitat eos Deus pro modo  
ipsorum, Nam neq; in senibus ratio effi-  
cit iustitiam Christianam. Sed Deus in-  
cutit uerum timorem, & ostendit pec-  
atum his quos ad poenitentiam reuoca-  
uit, eosq; rursus per fidem erigit, ac iusti-  
ficiat. Effecit spiritus sanctus, ut sentiret  
Ioannes nondū natus præsentia Christi.  
Ita sanctificari à spiritu sctō, & alii infan-  
tes electi sine rōnis auxilio possūt. Hacte-  
nus de infantū baptismo diximus. Pro  
quibus inquit Augustinus, ideo uehe-  
mentius contendere debere, quia pro se  
ipsis non possunt dicere. Fuit autem no-  
stræ ratione cognitionis hæc summa. Cum  
remissio peccatorū non sit, ubi nec Ver-  
bum est, nec Sacramentū : Sequitur, ut  
ad illos infantes remissio peccatorū per-  
tineat, quibus est adhibitū Sacramentū,  
quod testatur pertinere ad remissionem  
peccatorū

*Infantes reci-  
pūntur in gra-  
tiam.*

P T I S T A S P H I L . M E L .

peccatorū. Et si quis contendat Sacra-  
mentum nō esse administrandū his , qui  
Verbum non intellegunt , aut solum Sa-  
cramentū non significare remissionem  
peccatorū , huic exemplum Circuncisio-  
nis opponatur , quæ significauit ad infan-  
tes gratiam pertinere , tametsi Verbum  
non dum intelligeret , atq; hoc exemplū  
testatur solius Sacramenti usum alicubi  
esse apud eos , qui Verbum non intellegūt.  
Si quis interroget , quid conferat baptis-  
mus pueris ? Huic respondeo , qd' signi-  
ficet ad eos pertinere promissionem gra-  
tiæ. Porro cum non sit remissio peccato-  
rum , ubi nec Verbum , nec Sacramentū  
est , sit ut illi cōsequantur remissionem  
peccatorū , quibus Sacramentū adhibe-  
tur , nam tota Ecclesia credit remissio-  
nem peccatorum hic esse , ubi Verbum  
ac signum est . Et hanc fidem præ se fe-  
rens , commendat infantes Deo , quia  
Christus inquit : Sinite paruulos ad me  
uenire , & signum adhibet , quia non est  
certum remissione peccatorū alibi esse .

*Quid baptis-  
mus conferet  
pueris.*

C O N T R A A N A B A

*Extra ecclesi  
am nulla est  
remissio.*

ubi nec Verbum , nec signum est . Hanc Ecclesiae fidē nulla causa prouersus est , cur implorent Catabaptista , neq; enim poterunt unquam ostendere remissionem peccatorū extra Ecclesiam esse .. Qui postulant ut denuo baptizemur , hanc unā sequuntur causam , quia nō liceat infantes baptizare . At qui nec prohibet scriptura eos baptizari , & Christus testatus est eos ad regnum Dei pertinere . Iubet eū ad se adferri , dicit talium esse regnū cœlorum , significat eis custodes angelos esse datos à patre , sic enim inquit : Angeli eorū in cœlis semper uidēt faciem patris mei in cœlis , sunt haud dubie filii Dei qui custodiuntur ab angelis . Quæcum ita sint , cur excludunt eos isti ab Ecclesia , & à Sacramentis , cum nō constet remissionem peccatorū esse , ubi nec Verbum est , nec Sacramentum . Cum igitur nulla sit causa cur improbetur baptismus infantium , nihil necesse est denuo baptizari , sed qui postulant ut denuo baptizemur , hi cogitant baptismum certi

alicuius

P T I S T A S P H I L . M E L .

alicuius temporis opus esse, uidelicet, cū  
ccepere agere poenitentiā & credere, tū  
demum iubent baptismō uti, ut signum  
cum animo cōsentiat. Quid facient isti  
toties ne baptizabunt, quoties relapsi a  
gunt poenitentiā. Sed isti non satis neq;  
signi officium, neq; poenitentiæ naturā  
intelligere mihi uidentur, ipsi signa ad-  
hiberi arbitrantur, ut sint testimonia fi-  
dei nostræ apud hoīes. At nos supra do-  
cuimus, signa nō tantū else testimonia  
fidei nostræ aduersus hoīes, sed tradita  
else ut sint testimonia diuinæ uolunta-  
tis erga nos, sicut ipsum Verbum. Sicut  
igitur doctrina alicubi præcedit iustifica-  
tionem, ita etiam si baptismus præcede-  
ret alicubi poenitentiam, tamen non es-  
set ppter ea damnandus. Multa discunt  
aliqui antequām perueniant ad iustifi-  
cationē, num Verbum ppter ea quod di-  
cetur, falsum est, aut ex animo eliciē-  
dum? Ita nec baptismus, etiam si ante  
tēpus adhiberetur, propterea abluendus  
erit, nihilo enim Verbum minus habet

*Signa testimo-  
nia sunt duī-  
næ uoluntatis.*

C O N T R A A N A B A S

dignitatis quām signū. Porro ut Verbū  
quod semel didiceris , postea etiam exu-  
scitat & confirmat corda , ita etiam ba-  
ptismus semel adhibitus , per omnem uī-  
tam exuscitat ad pœnitentiā & ad fidē:  
Quare non ad unū aliquod tépus perti-  
net baptismus , sicut nec pœnitentia uni-  
us alicuius temporis est , sed per omnem  
uitam caro mortificari debet , & carna-  
lis securitas exui , & contra crescere fides  
*Vtilitas do-* & pax spiritualis cordis debet. Ex his col-  
*ctrinæ Cata-* ligi potest , non oportere baptizatos in  
*baptistarum.* infantia postea rursus baptizari. Vide au-  
tem quā nihil utilitatis adferat doctrina  
**Catabaptistarū** , de ipsa cæremonia ual-  
de rixantur. De usu signi magnū silentiū  
est , nos potius usum cōsyderemus , ac uer-  
ba baptisi intueamur , quæ mirabili-  
ter erigere & cōfirmare territas cōscien-  
tias potest. Quo pertinet em̄ illa uerba :  
In nomine patris , & filii , & spiritus san-  
cti baptizari . Testantur quod pater & fi-  
lius , & spiritus sanctus recipient nos , &  
ita recipient , ut quanquā sentiamus nos  
esse

esse meritos aeternam iram, quanq; mo  
 riāmūr, tamē ad̄sint nobis, remittat pec  
 cata, uelint nouā uitam donare, sic pa-  
 ciscitur nobiscū Deus, & per signum &  
 per Verbum, quod nostri misertus sit, &  
 in hac mersione uelit nos aspergere san-  
 guine filii sui, & mortificata carne, uitā  
 spiritualem in nobis efficere. Quādo igi  
 tur prostrata cōscientia quām maxime  
 territa est, & sentit se nihil nisi mortem,  
 ac iram mereri, tūc respiciat ad hoc spe *Vitalitas uerī*  
 & taculū, & se uere mergi in aquā sentiat, *baptismū*  
 & sciat adesse patrem & filium & spiritū  
 sanctum, qui uelint ignoscere & seruare  
 Ideo enim ut crederetur remissio pecca-  
 torum, iusserunt in suo nomine bap-  
 tizari, suum nomen nobis ostendi, ut  
 inuocaremus ac crederemus promissio-  
 nibus diuinis, figuram orationis. In no-  
 mine patris, & filii &c. Ita intelligere po-  
 teris, ut in Psalmis accipitur, Illi enim  
 in curribus & in equis, nos autem in no-  
 mine Domini, id est, nos mandaō Dei,  
 & propterea freti eius præsentia & auxis

C O N T R A A N A B A .

Ilio pugnamus. Ita baptizamur in nomine patris, & filii, & spiritus sancti, quia iussu eius & ordinatione baptizamur servire debemus, quod nos receperit ingratiam, quod adsit, quod iuuet, quod sit seruaturus. Eodem redit res si exposnas in nomine, id est, uice, quia qui uice Dei baptizat, testatur Deum baptizare, ergo si mergit nos ipse pater in mortem, & aspergit sanguine filii sui, & sanctificat per spiritum sanctum, uiuiscabit nos haud dubie. Nec alia erit sententia, si legas, in nomen patris, ut significet nos esse iam factos peculium Dei, & reconciliatos Deo, ut possimus inuocare nomen domini Dei, & sciamus nos ei curae esse, nos ab eo seruari, & gratis iustificari. Hæc uerba baptismi sunt consideranda ad fidem excitandam, in quibus uidere licet, quomodo se effundat erga nos divina bonitas, & ostendat se nobis ut credamus & seruemur. Oremus itaque Deum, ut exuscitet ac prouehat in nobis fidem,

ut

P T I S T A S P H I L . M E L .

ut tantam uim bonitatis cernere & prædicare possim⁹, atq; haec fidei exercitatio est, ut uerbis Christi utar, inter grauiora legis, Cæremonia ipsa est in altero genere. Quantum potuimus hoc tempore ostendimus, quām sit inane dogma Anabaptistarū, nam & infantes baptizare licet, cum ad eos remissio peccatorū pertineat, quæ non est, ubi nec Verbū, nec Sacramentū est. Et ut ante tempus baptizaretur aliquis, non propterea baptismus est improbandus, ut neq; Verbū dēdiscendū est, aut improbandū, quod ante iustificationem didiceris. Habent autem Anabaptistæ multas alias notas, quibus declarant quo Spiritu agantur. Paulus iubet probare spiritus. Itaq; sibi male cōsulunt hi, qui se cum ea factiōe coniungunt priusq; totam cognoverint ac inspexerint qualis sit, simpliciter impium est, quod docent, nō licere Christi anis gerere Magistrat⁹, aut obire officia

*Inane dogma  
Anabaptistarum.*

## C O N T R A A N A B A.

Error Anaba  
ptistarū de re  
rum coione.

magistratum , exercere iudicia , gla-  
dio uti aduersus sōntes , & similia , de quo  
loco alias sāpe dictū est . Est & hoc dog-  
ma impium , quod exigunt , ut Christi-  
ani conferant totas facultates in com-  
mune , de qua re obiter hic dicemus . Est  
enim & hoc dogma de cōmunicandis fa-  
cultatibus , una inter seditionum faces ,  
quas Phanatici isti spargunt in uulgu .  
Ego nō minus pro seditionis habendos  
censeo , qui publicas & receptas leges de  
rerum diuisione improbant , quām il-  
los qui prorsus negant phasēsse Christia-  
no gerere Magistratus . Sic igitur statuo  
Christianis licere proprias facultates te-  
nere , aut diuitias possidere , Hoc confir-  
mat Paulus ii . Corinth . ix . ubi docet lar-  
giendum esse quantum quisq; uelit , nō  
ex mœstitia aut coactione ; ubi clare Pau-  
lus testatur non esse cogendos Christianos  
ad deserendas facultates suas . At si  
peccatū esset diuitem esse , profecto exi-  
geret ac p̄cipere t̄ eis discedere à diuiti-  
is , nec p̄mitteret arbitrio uniuscuiusq;

largini

P T I S T A S P H I L . M E L .

Largiri quantum uelit. Et ad Timot. inquit: Præcipe diuitibus ne superbiāt, ne ue confidant in incertis diuitiis &c. Hoc nō præcipit, ut discedant à facultatibus, ut totas in cōmune conferant. Et si diuites esse peccatum est, cur numerat eos ibi inter Christianos, oportuerat enim antea abdicari possessionē rerum, si id postulabat doctrina Christi. Et Christus Matth. xix. Non ait impossibile esse diuites intrare in regnum cœlorum, sed difficile. Postremo ut approbat Euangeliū Magistratum, & reliquas civiles ordinaciones, ita etiam emptionem, uenditionem, ac legitimam rerum diuisionem. Id uult Paulus, cum inquit: Ementes tanquam non teneatis. licet emere, auge posseſſionem, sed sine cupiditate ac auaritia: & ad similes casus uitæ huius ciuilis pertinet quod sequitur, Utentes mando sic, ut non abutamini, hoc est, gerite Magistratus, contrahite matrimonia, Laborate, exercete alii alias artes, docete liberos, curate eis uictum,

*Diuitijs quo-  
modo utendū*

C O N T R A A N A B A

sed hæc cum timore Dei , ac fide gerite.  
Est autem sequēda Salomonis regula in  
Oeconomia , quam tradit cum inquit :  
Bibe aquā e tuis fontibus , & tui fontis  
riuulos bibe , fontes tui foras deriuētur,  
& riui manat in plateas. At tu dominus  
esto horum solus , non alieni tecum. Be  
nedicentur enim fontes tui. Est autem  
hæc sententia præcepti , Vnūquenq; sui  
fotis dñm debere esse , hoc est possessioes  
suas ac fundos retinere debere , sed ex il  
lis foras deducendos esse riuos , hoc est ;  
lardiendū esse egenis , quantum usus no  
stri patiātur. Et postremo est addita pro  
missio , pollicetur enim fore , ut Deus be  
nedicat facultatibus eorū , qui illas hoc  
modo administrant. Ita scriptura officia  
charitatis præcipit , non ut perturbet ci  
uiles ordinationes de rerum diuisione ,  
aut alias , sed ut conseruet eas. Sed obii  
citur locus in Euāgelio : Si uis perfectus  
esse , uade uende quæ habes , & da paupe  
tibus , & habebis thesaurū in cœlo , & ue

ni

P T I S T A S P H I L . M E L .

ni sequere me. Hunc locum leuiter in-  
terpretabimur , ne longa disputatione  
res fiat obscurior. Præceptum est perso-  
nale, quod ad illam proprie personam  
pertinuit, non ad omnes. Est enim adie-  
ctum , Veni sequere me , quæ uerba re-  
stantur eum ad munus docendi esse uo-  
catum , & sicut non omnes ad munus do-  
cendi accersit, Ita neq; oīnibus præcipit Priuatae per-  
sonæ præce-  
ptum , Si uis  
perfectus esse  
facultates distrahere. Hoc est meo iudicium ,  
cio simplicissima interpretatio , nam &  
circūstantiæ testantur non generale præ-  
ceptum tradi, sed temeritatem illius iu-  
uenis castigari , speciali modo uocatio-  
nis . Cum em̄ gloriaretur se omnia præ-  
cepta seruasse , Christus significat , quod  
ne primum quidem præceptum serua-  
uerit , quod iubet Deum diligere , ex to-  
to corde. At is ita diligit suas facultates ,  
ut propter illas grauetur suscipere mi-  
nisterium Verbi . Et Christus cum uel-  
let ei ostendere , quod diuitias præferret  
Deo , iussit eum illas propter Deum dis-

C O N T R A A N A B A

trahere. Præterea hic locus præcipit dis  
trahi facultates, non autem discedere à  
facultatibus, easq; in commune conterre,  
nam etiam si uendidisset. Erat enī pecu  
nia futura penes Dominū, non collata  
in commune. Est & Augustinus interro  
gatus alicubi: Liceat ne Christianis re  
tinere diuitias. Non semel enī hac de re  
dissensiōes in Ecclesia ortæ sunt. Sic igi  
tur enarrat hūc locum Augustinus, per  
fectionem quandam esse tentit discede  
re à facultatibus, sicut & uirginitas quæ  
dam perfectio est. Aut sicut donum lin  
guarum quædā perfectio est, & in hanc  
Sententiam iudicat Christi dictum acci  
piendum esse. Si uis perfectus esse. Cæte  
rum posse esse Christianos sine hac perfe  
ctione, sicut sine dono linguarū, nā uera  
perfectio Christiana non est sita in ulla  
re externa, in diuitiis, aut in opia, in con  
iugio, aut alio uitæ genere, sed in timo  
re, fide, spe, charitate perfecta. Obiici  
tur & exemplum Apostolorū, qui cottu  
lerūt

P S T I S A S P H I L . M E L .

Ierunt omnia in cōmune. Ad quod respondeo , Nos de praecepto disputare , Vtrum praeceptū sit & facultatibus discedere , potest fortassis alicubi inter paucostalis cōmunicatio facultatū fieri , sicut in prima Ecclesia fiebat inter Christi annos , quos cogebat etiam hæc causa , quia eripiebantur facultates his , quos cōstabat Christianos esse factos , quare ipsi antea distrahebāt , ne prædæ essent tyrannis . Exemplū uero illorū non imponit necessitatēm aliis : sicut non sequitur , cœlibatum præcipiendū esse mīnistris Ecclesiæ , quia Paulus uixerit cœlebs . Non igitur necessaria est illa cōmunicatio facultatū , sed libera inter paucos , qui ultro suas res in cōmune conferrūt . Ananias uero occisus est , quia mēritus erat , non quia retinuerat pecuniā Nam Petrus aperte ait , futuram fuisse pecuniam in ipsius potestate . Et ideo se irasci inquit , quia Ananias mēritus erat non hominibus , sed Spiritui sancto &c. Obiicitur & illud , da om̄i petēti &c. Sed

Cōmunicio rerum debet esse  
selibera , non  
coacta .

facile

CONTRA ANABA

facile intelligi potest, hanc sententiam  
non postulare, ut discedamus à faculta-  
tibus siue possessionibus: Cum enim iu-  
bet dare, certe retinere possessiones per-  
mittit, ex quibus sumatur, ut subin-  
de largiamur. Et Paulus.ii. Corinthio-  
viii. interpretatur hanc Sententiam ita  
largiēdum else, ne sit aliis remissio, no-  
bis afflictio. Est itaq; sic accipienda hac  
sentētia, ut nō tenues eleemosynas, sed  
copiosas largiamur. Abutuntur hac sen-  
tentia, qui eam detorquent ad tales cō-  
municationem facultatū, qua ciuilis or-  
dinatio de rerum diuisione perturbatur.  
Sicut autē qui aduersus Magistratus ar-  
ma capiunt, seditioni sunt, ita seditio est  
rollere illas ordinationes, quæ suum  
unumquenq; tenere iubent, & ab alieno  
abstinere. Nihil ad nos Socratis somnis  
um pertinet, qui in illa cōmentitia sua  
republica suauiter nugatur de rerum cō-  
munione. Christus enim docet nos, ne  
perturbemus legitimas ciuitatum or-  
dinā.

P T I S T A S P H I L M E L

dinationes. Interea tamen liberaliter iu  
uenimus egentes, ac præsertim ministros  
Ecclesiarum ac doctores, nam iis maxi  
me debemus, sicut scriptura sape docet.  
Sed nūquam in Ecclesiis illiberalius ha  
biti sunt sacerdotes quām hoc tempore.  
Quidam uehementer Euangelici inua  
dunt in possessiones donatas usibus eccle  
siæ, aut studiis, sine quibus doctrina reli  
gionis conseruari non potest, & uulgaris  
ubiqꝫ defraudat suos pastores. Idqꝫ faci  
unt hi maxime, qui se gloriane esse Euā  
gelicos, cum doctores Euangeliū nū quā  
inhumanius tractentur. Paulus hos du  
plici honore dignos esse scribit, quare  
omnia charitatis officia erga hos maxi  
me oportuit exercere. Sic igitur sentia  
mus Christianos recte facere, si iuxta le  
gitimas ciuitatū ordinationes maneant  
in possessionibus, modo pro facultatibus  
unusqꝫ liberaliter largiatur egētibus.  
Talibus officiis est proposita merces in  
Psal. Dispersit dedit pauperibus, iustitia

C O N T R A A N A B A

eius manet in seculum. Hoc uolui obiter  
admonere, quia cōperi inter impia Ana  
baptistarū dogmata hoc quoq; ēsse, Chri  
stianos oportere discedere à facultatib;  
easq; in commune conferre. Porro  
qui huiusmodi impia dogma  
ta docent, hos satis adparet  
non ēsse ex Deo. Nullum

**Catabaptista**      *fuit periculosisus tēpus*  
**non sunt ex**      *unquam, hoc ma*  
**Deo.**                *gis uigilandū*  
                        *est, ne*  
                        *quos Spiritus inex-*  
                        *ploratos reci-*  
                        *piamus.*

F I N I S.

# AN MAGI

STRATVS IVRE POSSIT OC.

cidere Anabaptistas , aut

alios Hæreticos,

Iohannis

Brentii Sententia.

**I**ntra alia huius seculi errata , quæ hoc  
ætatis ob fidem Christianam passim  
emergere uidemus , non minimum est  
corum , quos Anabaptistas uocant . Ete-  
nim illi ob non sanum sacri baptismi in-  
tellectum in eam uenerunt Sententiam ,  
ut doceant , nullum infantem puerum ,  
& nondum rationis usu præditum bapti-  
zandum esse , neque talium baptismum  
ullius momenti esse affirmant . Quocir-  
ca iam grandes nati semetiplos iterū ba-  
ptizandos offerūt , ac deinceps bona sua  
habent cōmunia , nullis gladiis accincti  
incedentes , neq; semet ullo iurelurādo ,  
aut fide Magistratibus uolunt obstringe  
re , constanter affirmantes , nullū Chri-  
stianū posse aut debere fungi Magistra-

D

Anabaptista-  
rum dogma

C O N T R A A N A B A

tus officiis. Præterea id genus alios articulos pertinaciter affirmat, quos ex scripturæ sacræ ignorantia suserunt. Quia uero satis firmis scripturæ testimonij pbari ac planū fieri potest, horū rebaptismo Sacramentū baptismi cōtumelia af-  
fici. Insuper talium Anabaptistarum do-  
ctrina nouum, pharisaicū, monasticū,  
& seductionis plenū ordinē iterū erigi,  
illud in quæstionem uenit, qua ratione  
huic phanaticæ hæresi occurredū sit, in  
hoc, ut eradicetur & extinguitur. Et sunt  
nōnulli Magistratus, qui igne & gladio  
huic malo mederi uoluerunt, existimant  
es eam rectam esse uiam eiusmodi hæ-  
reles extinguedi. Ad quod citare solent  
ius Cælareū, quo caurū & scriptum est,  
ut Anabaptistæ morte mulcentur. Hæc  
cum ita sint, primum uidebimus, num  
sacræ scripturæ autoritate & permisso  
Anabaptistæ, aut etiam alii hæretici &  
Magistratibus supplicio affici debeant;  
Deinde an uerus & germanus Cæsareæ  
legis intellectus hoc sibi uelit, ut omnes

Anabaptistæ citra discriminem ad supplicium & mortem rapiantur. Principio duplicitia sunt peccata, iniusta sive sclera animaduersione digna, & primū quidem peccata sunt spūalia, deinde quæ vocat secularia. Inter spiritualia numerant in credulitas, desperatio, pusillanimitas, peruersus sacræ scripturæ intellectus, hæresis, occultū odium & inuidētia, alienorum bonorū cōcupiscentia, aut etiam proximi thorii appetitus. Præterea oīa alia quæ corā Dēo peccata censem̄, quæ quanq̄ fieri soleant, nihil tamē cōmuni & ciuili tranquillitati officiūt. Secularibus peccatis hæc annumerant, proditio, homicidiū, latrociniū, furtū, adulteriū, adhæc quæcūq; aliorum flagitorū reliqua sunt, pacem & cōmunē tranquillitatis statū cōturbantia. His duplicitibus peccatis puniēdis duplē quoq; Deus instituit & pœnā & gladiū, videlicet spūalibus spūalem, qd̄ est uerbū Dei, secularibus uero & externis secularem, nempe Cæsaris gladium. Etenū unūquodq; peccatū

Duplicia sunt  
peccata.

C O N T R A A N A B A

eo instrumento puniendum est , quo co-  
erceri potest . Iam spirituale peccatum sub-  
tile est , & gladius magistratus adeo cras-  
sus & carnalis , ut multo uehementius il-  
lo corroboretur , quæm debilitetur . Neq;  
spirituale peccatum adeo malam faciem  
præ se fert , atq; homicidium aut latrocini-  
um , sed incedit quadam pulchra hone-  
state & prudentia exornatum . Quippe ,

*Quævis hæ-  
resis honestā  
præ se fert fa-  
ciet.*

nulla incredulitas adeo mala est , quæ  
non suas causas habeat , & honestum ali-  
quem prætextum & faciem . Neq; ulla  
hæresis in tantum falsa est , quæ semet non  
studiosissime sacrarum literarum sub-  
sidiis atq; testimonio comaret . Quapro-  
pter , si gladio incredulitatē & nudas hæ-  
reses coercere uelimus , nihil aliud age-  
mus , quā q; diaboli conatū iuuemus , ut  
subinde maiori tragœdia rem deteriorē  
faciat . Ad hunc enim modum de illo in  
Hiob memoriæ proditum est , capi . xli .  
Cum apprehenderit eum gladius , sustine-  
re non poterit , neq; hasta neque thorax .  
Reputabit enim quasi paleas ferrū , &  
quasi

A P T I S T T A S.

Quasi lignū putridū æs. Non fugabit eū  
uir sagittari⁹. Porro tum demū uictus in  
fugam uertitur, quando Verbo Dei im  
petitus fuerit, ac eius imposturæ & men  
dacia reteguntur, & propalam confutan  
tur, & sic non amplius potest consistere.  
Nam quandocunq; diabolus per suos cō  
citato bello ueritatē impugnauerit, sicut  
fieri solet incredulitate & hæresibus, nul  
la repugnatione & reluctancee perinde  
opus est, quām ut propalam eius insi...  
ſæ fraudes & malitiosæ seductiones dete  
ctæ indicentur. Est enim pater menda  
cii, & luci inimicus, quo circa quāmpri  
mum lux ueritatis adducta fuerit, tene  
brarum principi fuga arripienda est, nō  
potenti subsistere. Iam uero mundano  
gladio non ea uis est & potentia, ut quan  
tum ad uim suam attinet, occultum ali  
quod malū aut uitiū uelut apertū coar  
guere & planū facere possit. Neq; ocul  
tæ iniquitati suam apertā & formosam  
honestatis faciem potest detrahere, sed  
quo fortius eam impugnauerit, tanto

*Detectis dia  
boli fraudi  
bus, uincitur.*

D iii

C O N T R A A N A B A

magis crescit honesti facies. Ex hoc sit, ut  
increduli & hæretici externa & nuda in-  
sestatione, tantū uehemétius suo in er-  
rone cōfirmentur. Nam cum illorū opī  
nio ratione & causis carere nō videatur,  
estq; sacris literis uerūtatiē falso intelle  
ctis exornata, nec illorū prauus & male  
sanus intellectus diuinæ gratiæ inopia sa-  
tis clare cōuinci potest, sit, ut in eam ue-  
niant sententiā, & animi persuasionē,  
ut putent se iustitiæ & uerbi Dei nomine  
insestationē perpeti. Ex quo deinceps o-  
ritur quædā infracta pertinacia, & in oī  
bus cruciatibus et torturis constans per-  
duratio, quæ quidem sibi ipsis est exitio,  
aliis uero eorundem constantiam uiden-  
tibus aut audientibus, seductioni. Qua-  
propter hæc cōpendiosissima et optimâ  
via est hæreticos impugnandi, ut tantū  
Euangelio et sacræ scripturæ hoc duellū  
aduersus hæreticos cōmittatur, per qđ  
adeo solum hæreticorū honesti prætex-  
tus produnt, et illius manifestatiōe sub-  
mouent. Præterea æque promptū est in-  
credulis

Anabaptista-  
rum infracta  
pertinacia,  
unde.

P T I S T A S.

credulis et haereticis coram mundo uirum pro  
bum et integrum referre, atque recte creden-  
tes. Quare si non uacant homicidio, si  
non latrocinantur, non furantur, nullo se  
contaminant adulterio, nemini uim infe-  
runt, sed pacate uiuunt in ciuilibus et exter-  
nis ordinationibus, soluunt quod cuique de-  
buerint, censem cui cesus reddendus est,  
timore cui timor, honoré cui honor ha-  
bendus est, sicut Paulus Roma.scribit,  
tum nihil iuris aduersus illos Magistra-  
tui relinquit. Paulus enim dicit Magistra-  
tum ministrum Dei esse, et vindicem in ira  
ei qui male agit. Quae uerba omnibus circu-  
statiis de malis et externis hominum acti-  
bus, et non de spirituali incredulitate in-  
telligenda sunt. Homicidae, latrones, et  
aperte facinorosi, magistratus poenis ple-  
nitendi sunt. Porro increduli et haereticis  
qui alioqui coram mundo honeste et incul-  
pate uitiam exigunt, Euangelii supplitio,  
et Dei post hanc uitam destinati sunt. Inde  
Christus Mat. xiii. suis precepit discipulis  
ne eradicaret zizania, sed sineceret utraq

Ius Magistra-  
tus in Anaba-  
ptistas.

D i i i i

C O N T R A A N A B A

simil exciescere usq ad tēpus messis &c.  
Quibus uerbis illud innuere uoluit , ne  
Christiani incredulos & hæreticos , qui  
hoc loco uocātur , zizania gladio cona-  
rētur e medio tollere , sed aduersus eosdē  
spirituali pugnarēt , donec appetat mes-  
sis , & tunc iustum pœnam , si non con-  
uersi à praua Sententia discesserint , in-  
uenient . Nam si quis ob incredulitatem  
*Cur nullus*  
*hereticus oc-*  
*cidendus.*  
& hæresim statim morte multandus es-  
set , ille non corporali solum uita priua-  
retur , sed de animæ quoq salute in disci-  
men ueniret . Potuisset enim fortasse in  
tēpore repudiata incredulitate , & erro-  
re pristino abiecto resipuisse , & ad uerā  
fidem conuersti , qua in re per magistra-  
tus tyrānidem præpeditur . Quin etiam  
Paulus ad Titum scribit cap.iii. Hæretis  
cum hoīem post unam atq alteram cor-  
reptionem deuita , sciens quia subuersus  
est qui eiusmodi est , & delinquit cum sit  
proprio iudicio cōdemnatus . Hic non dī-  
cit Paulus hominē hæreticum flammis  
concremandū , aut gladio occidendum  
esse

esse, sed cum noluerint cum aliis recte & sane sentire, deuitandū esse. Sed dicet aliquis, Christus & Paulus etiam homicidam adulterū resipiscē recipiunt, nec quenq; sui officii nomine morte puniūt, quodcunq; tandem facinus seu grande, seu modicum admiserit. Respondeo, ue  
rum esse, Euāgelium nullum peccatorē morte adficit, uerum quamdiu aperte peccant, uitiosis operibus indulgētes, ex cōmunicati reiiciuntur ab Ecclesia, ac pro Ethniciis & publicanis reputātur. Vi-  
ta uero per p̄c̄nitentiam emendata, ite rum in Christianam cōmunionem reci-  
piuntur, atq; pro Christianis agnoscun-  
tur. Interim tamē Euangeliū Magistra-  
tibus suum permittit officiū, quatenus  
sui munieris terminos non excedit, sed in  
ordine legitimo permanferit, & punit  
quicquid illi platiendū iure concessum  
& permissum est. Cæterū, si gladius extra  
sui iuris terminos fetur, & latius quam  
& Deo ordinatū est, puniendo progredi-  
tur, uolens id quoq; irrogata poena cor-

Peccatores,  
Euāgelium su-  
scipit, nō os-  
cidit.

C O N T R A : A N A B A .

ripere , quod soli Euangelio et Verbo  
Dei corripiendum est , cuius generis est  
incredulitas et hæresis , sane hic facile  
plus maloꝝ dare potest , quam pacé aut  
tranquillitatem retinere , seqꝝ tantum  
modo per hoc facit hebetiorem , dum  
uioléter alieni operis et officii executio  
nem sibi uendicat , in alterius messiem  
falcem suam ( quod aiunt ) mictédo . Et  
quantum ego coniectura auguror , Ana  
baptistarū hæresis nulla alia re perinde  
corroborata et promota est , quā Magi  
stratibus , qui actutū citra Verbum Dei  
et sacræ scripturæ expositionem tyran  
nice aduersus illos ferro sœuierūt . Nam  
dum spirituali uitio iniusta poena occur  
rere conati sunt , et ius gladii latius quā  
par , aut concessum erat pretendere ,  
propter abusum , et tyrannidem gladii  
Dominus Deus noster exarsit iracūdia ,  
atqꝝ in suppliciū hominū diabolo subin  
de magis atqꝝ magis sœuire pmisit , sem  
perqꝝ efficacius suum errorem excitare ,  
et constabilire : adeo ut corporalis illa  
poena

poena et correptio parū fructus uulgo ac  
tulerit paucis, aut potius nullis ad animi  
resipiscientiā pertractis, sed multo uehe  
mentius errorē auxerit atq; promouerit,  
qñ Anabaptismi negotiū nullū exterpū  
aut mundanū cōstat esse flagitiū, uerū  
saltē internū et occultū errorē scripturæ  
testimoniis suffultum. Ex his iam dictis  
clare liquet et abunde demonstratū est,  
incredulitatē et hæresim, quamdiu citra  
aliorū facinorū accessionem nuda per-  
manserint, solo Dei Verbo punienda  
esse. At si in opus aliqd' malū et pernitio-  
sum eruperint, ac certæ alicuius seditio-  
nis cōcitandæ, aut homicidii perpetran-  
di causam præbuerint, aut aliqui scele-  
ratæ et uitiosæ uitæ occasionē induxe-  
rint, tū primū in gladii potestatē punie-  
da incident, de qbus nō alia ratione sus-  
mendū est suppiciū gladio, q̄ de seditio-  
num autoribus, aut homicidis, aut aliis  
facinorosis sumi solet, poste aquā per in-  
credulos et hæreticos in leges civiles fla-  
gitiose peccatum est. Immo non secus,

Pœna Anaba  
ptistarum-

## C O N T R A A N A B A

quām aliis quispiam priuatus homo,  
qui sub prætextu fidei incedēs seditionis  
aut cædis, aut aliorum puniendorū faci-  
norum caput extiterit, suppicio affici-  
tur. Breuiter, incredulitas & hæresis non  
ciuilis, sed spiritualis gladii poenis subie-  
cta sunt. Quippe, si incredulitas Magistra-  
tus gladio plectenda foret & iudicanda.  
æque cito Magistratus quām subditi es-  
sent inuadendi, & ad supplicium rapien-  
da. Adhæc si Hæretici uiolentia essent  
exterminandi, aut possint ui profligi,  
quorsum opus esset sacris literis nauare  
operam, cum hac in re constaret carni-  
ficem doctore esse omniū literatissimū.  
His contra opponitur lex Mosaica Deu-  
tero.ca.iii. Si surrexerit in medio tui pro-  
phetes, aut qui somniū uidisse se dicat,  
& prædixerit signum atq; portentum, &  
euenterit qđ loquutus est, & dixerit tibi,  
eamus & sequamur Deos alienos, quos  
ignoras, & seruiamus eis, nō audies uer-  
ba prophetæ illius, aut somniatoris &c.  
sed ppheta ille aut fictor somniorū inter-  
ficiet

*Non effe uiio-  
lenter inuadē-  
dos hæreticos*

P T I S T A S.

sicietur , quia loquutus est ut uos auerte-  
ret & Domino Deo uestro . Et mox in eo  
dem capite , Si tibi uoluerit persuadere  
frater tuus , filius matris tuæ , aut filius tu-  
us uel filla , siue uxor quæ est in sinu tuo ,  
aut amicus quem diligis , ut animam  
tuam , clam dicens : Eamus & seruiamus  
diis alienis quos ignoras tu & patres tui  
&c. non acquiescas ei nec audias , neque  
parcat ei oculus tuus , ut miserearis & oc-  
cultes eum , sed statim interficies . Sit pri-  
mum manus tua super eum , & post te  
omnis populus mittat manum . Lapi-  
bus obrutus necabitur . Hæ sunt duæ le-  
ges Mosi , quibus planū facere conant̄ ,  
hæreticum ciuili gladio iure posse occi-  
di . Nam hæ refut in fidem Christianam  
inducere , non aliud est , quā à uero Deo  
& uerbo eius ad alienum Deum & men-  
datia simpliciū animos adducere . Verū  
longe alia est ratio puniendi hæreticos  
in Christianismo , atq; olim fuerit in Iu-  
daismo . In Iudaismo erāt externæ & cor-  
porales promissiones , corporales benc-

Obiectio le-  
gis Mosaicæ.

C O N T R A A N A B A S

ditiones, corporalis terra, corporale re-  
gnū et sacerdotiū, erant etiā externæ  
et corporeis hostiis cædes, quæ res signa-  
erant & figuræ rectæ uirtutis in Christia-  
nismo manifestandæ. Quamobrem quæ  
admodum corporalis illa Iudæorū benedi-  
ctio figura fuit Christianis spiritualis be-  
nedictionis, & corporale regnū spiritualis  
regni fuit symbolū: ita quoq; externa il-  
la & corporalis Cananæorū & Hiebusco-  
rum cædes seu internitio, & pseudodocto-  
rum monstrat & significat, ut Christiani  
ratione spūali hostes suos, nempe pecca-  
ta, præterea falsos doctores & seductores  
occident, uidelicet ut peccatū in corpo-  
re spiritu Dei opprimat, & seductoribus  
in fide sua non adhæreat, sed quemad-  
modum Paulus inquit, eosdē deuitet. Hoc  
idem innuit quoq; Christus, ubi Matt.  
xviii sic loquitur: Si manus tua, uel pes  
tuus scandalizat te, abscide eum, & pro-  
dice abs te. Quæ uerba nedum ad corpo-  
ralem manū, aut pedem, sed spiritualē  
quoq; nempe doctores, amicos, socios,  
respic-

IN P A T I S T I A S.

respiciunt, & referenda sunt. Neq; de ex-  
terna membrorū amputatione, sed spi-  
rituali loquī, ut hic uerborū sensus sit,  
Quod si tibi p̄dicator, aut amicus, aut  
adiutor fuerit, & ille tibi erronea doctri-  
na erit offendiculo, aut perdita & mala  
uita te seduxerit, non adhibebis illi men-  
tem, sed illum amputato ( hoc est ) eius  
consortiū deuita, ac temet ab eo segre-  
gato. Quin etiā tibi sit perinde ut Ethni-  
cus & publicanus. Et hæc sp̄uialis deuita-  
tio, aut nos offendentis abdicatio, per  
corporalē pseudoprophetarū interfici-  
onē in lege idicata est. Fuere quoq; in le-  
ge Mosaica coactæ quædā corporales ce-  
rimoniæ & cultus Dei, quorū negligē-  
tia certis poenis puniebatur, ueluti legiſ  
Gene. ca. xvii. Masculus cuius præputii  
caro circuncisa nō fuerit, delebit anima  
illius de populo suo, quia pactū meū irri-  
tum fecit. Et Nume. ca. iiiii. Moses quen-  
dam populo lapidandū obiiciebat, qui  
Sabbato ligna collegerat. Porro in Euā-  
gelio libertas quædā poenarū seu utilitar-

Anabaptistæ  
deutandi, nō  
occidendi.

## CONTRA ANABAS

ris populi est fidei seu incredulitati, cuius  
loco successit spiritualis utilitas atque poena,  
ueluti Christus inquit: Qui crediderit, sal-  
uus erit; qui non crediderit condemnatur.  
Sed dicet aliquis, esto ut Evangelico,  
seu prædicandi officio deman datum  
non sit haereticos corporali supplicio af-  
ficere, cum ei officio non nisi spiritualiter  
panire con creditum sit, Magistratus ra-  
men interest poenam haereticis infligere.  
Responso, Cuiusque Magistratus officium  
ut iam dictum est, non latius pretendit  
quam a Deo ordinatum est. Quare si quis  
incredulorum aut haereticorum externa con-  
uersatione uitam integre et honeste co-  
ram mundo traducit, nihil peccans in ci-  
uiles constitutiones, nihil iuris puniendo  
in illum habebit gladius. Quid enim ad  
Magistratum attinet incredulitas aut haer-  
esis? Cur et potius ut pacem in mundo  
conseruet et externam morum honesta-  
tem, nec se ei rei admisceat, quae nihil  
ad se pertinet. Est quoque res periculosa  
(quod aiunt) aleæ, quando Magistra-  
tus

Responsio ob-  
iectionum.

P T I S T A S.

tus assuevit ferro aut igne ullam aliquā fidem insectari. Nam tametsi nonnunqup  
prauā fidem prosequutus fuerit, attamē si fieri possit, ut illorum successores inse-  
stationibus iam assueti, uerā fidem pro  
falsa insectarentur, quemadmodū cum  
Arrianis hæreticis actum esse accepim⁹. *Arriana hæ-  
resis.*  
Siquidem eo tempore Episcopi suis per-  
suasionibus huc induxerant Romanum  
Imperatorem, ut passim Arrianos perse-  
cutiōibus premeret atque extingueret. Tan-  
dem cum aliquot Imperatores insectan-  
di rationē multa assuetudine sibi peculi-  
arem fecissent, ac nonnulli ex illorū suc-  
cessoribus ab Arrianis fuissent persuasi,  
suam opinionē ueram & rectam esse, ini-  
cipiebant recte credentes, & recte docē-  
tes Episcopos insectari, hæreticos sumo  
studio tueri. Quatnobrem longe tutis-  
simum est & certissimū, ut ciuilis Magi-  
stratus suo fungatur officio, sinatque spi-  
ritalia peccata, etiam spirituali supplicio  
plecti. Multo. n. satius est & præstabilis-  
us, ut quater aut decies falsa fides tolere

E

C O N T R A A N A B A

tur, quām quod semel uera fides insecta  
tionem patiatur. Iam ut ab haereticis in  
genere iterum orationē meam ad Ana-  
baptistas cōuertam, dicunt pleriq; Ana-  
baptistarum sectam non esse simpliciter  
malam hæresim, sed habere multa ad-  
iuncta, ex quibus in Magistratus suppli-  
ciū labantur. Docere enim eos, quomo-  
do facultates omniū cōmunes habendae  
sint, qua ex re fortasse originem trahere  
possit seditio &c. Cæterū huius doctrinæ  
gratia nullo iure de Anabaptistis ultimū  
potest sumi suppliciū. Nam qđiu non do-  
cent homines ad rerum cōmunionem,  
aut æqualem distributionem adigēdos  
esse, neq; ipsi alios uiolenter ad id cōpel-  
lunt, neq; cum illis uiolenter agendum  
erit. Hactenus enim religiosi nimirum  
monachi & moniales ita docuerunt, ut  
siquis cōmunitibus cum ipsis sacris initia-  
ri concupisset, de rerum suarū proprie-  
tate discederet, & cum ipsis cōmuniter  
frueretur. Quomodo ergo ista quadrat,

aut

aut conueniunt, ut huius doctrinæ gratia Monachi pro doctis, sanctis, piis, & perfectis Christianis probentur, iam vero contra eiusdem doctrinæ nomine miseri Anabaptistæ neci dentur & perimitur? Cum tamen Anabaptistæ suam mortificam & hypocriticam sententiam, nulla malitia aut nequitia commenti sūt, sed ueluti simplices & imperiti, e nonnullis sacræ scripturæ locis perperam intellectis traxerint. Si propterea illico quispiam morte multstandus esset, quoties in scriptura locum unum atque alterum non intellexerit, quis à gladio certuicem suam securam, aut liberam habere uelit? In omnibus fere sanctis doctoribus repetiuntur multi loci non intellecti, propterea ne essent occidendis? Quæ uero haec esset æquitas? Quocirca ad hanc erroneam Anabaptistarum intelligentiam, amica & Christiana pertinet institutio, & admonitio, & nullius gladii sauvitia. Iam si persuasi institutionem nostram

## C O N T R A A N A B A

Obiectio.

recepérint, nos aliquot Christianos lu-  
crati sumus, estque noster numerus au-  
tor factus. Sin nostram admonitio-  
nem contempserint, relinquendi sunt  
suæ uesaniae, & pro Ethnicis & publica-  
nis reputādi. Verum, ne sic quidem Ma-  
gistratus interest cuiquam inferre ma-  
nus, donec errantes nō in fide solum er-  
rauerint, uerum capitalia flagitia extor-  
ne designauerint. Iterum dicitur, fieri  
posse, ut inde certa aliqua oriatur sedi-  
tio, si Anabaptistarum numerus auctus  
fuerit, & ipsi alios ui possint opprime-  
re, &c. Responsio, Qui sit, ut hoc tépo-  
ristam acuti & ingeniosi facti simus, ut  
ob Anabaptistarū doctrinam facultates  
temporarias attinentem, seditionis me-  
tuentes simus, neq; idem illud ante mo-  
nachis docentibus solliciti metuerimus.  
Nonne idem uerbi tunc locum habere  
potuisset. Quandoquidē ita monachi do-  
cent, & suis facultatibus cōiter utūtūt;  
ubi iam illorū grex factus fuerit nume-  
rosior, haud dubie seditionem concita-  
bunt.

bunt, uolentes, ut quisq; sua bona illo-  
rum exéplo cum ipsis in cōmunē usum  
deponat. Et profecto sine omni seditiōe,  
tantū doctrinæ suæ fermento & uitæ hy-  
pocrisi pene totius orbis opes ad se per-  
traxerunt, pro quibus impostores illi cō-  
lum nobis uænū exposuerūt, & uitam æ-  
ternam uænalem habuerunt. Adeo, ut si  
alterutra pars huius doctrinæ nomine  
neci danda foret, citius omnes Episcopi,  
& monachi extinguedi essent, quam mi-  
seri illi Anabaptistæ, qui nullum cœlū,  
aut immortalitatē unquam fraudulen-  
ter hominibus uendiderūt. Accedit his,  
si omnia gladio coercēda essent, qua ex  
re temporis progressu haud dubie futu-  
ra seditio oriri possit, tum oīa publica  
symposia, oēs comedationes & cōiuia,  
omnes cōtiones et mercatus, omnes Ec-  
clesiæ congregations ui atq; poenæ irro-  
gatione abolenda forent. Multis em̄ ex-  
perimētis didicimus, in non paucis sym-  
posiis ortas fuisse seditiones, in non pa-  
rum multis mercatibus tumultus esse cō-

Monachi po-  
tius, quam A  
nabaptistæ  
extinguendi.

C O N T R A A N A B A S

citatos . Immo in multis Ecclesiis clan-  
cularias coniurationes esse factas . Præte-  
rea Davidis interfuisset , ut omnibus sa-  
cris Iudeis interdiceret , quippe filius eius  
Absolon suā seditionem inter sacrificia-  
dum in Hebron conflauerat . Et quod  
plus est , omnibus hominibus corda es-  
sent eruenda , poste aquam omnes sedi-  
tiones e corde suam trahant originem .  
Fieri potest , ut multi facinorosi latrones  
sectæ Anabaptistarum semet adiunge-  
rent , qui nihil aliud quam seditiosos mo-  
tus , aut alia flagitia uoluunt in animo .  
Nos uero iam de ratione eius rei , & secta  
ipsa quantum ad se attinet , uerba faci-  
mus , & non priuatim de facinorosis la-  
tronibus . Videmus nullam fidem , nul-  
lam hominū conditionem , aut statum  
tam bonum esse , cui se non admiserent  
nonnulli homines nequam & parum bo-  
næ frugis . Qui fieri possit , ut non etiā er-  
roneæ alicui sectæ se admiserent homi-  
nes mali & nibili ? Quare si omnino De-  
cretū est uti supplicij sauitia , mali & cri-  
minosi

Nullus homi-  
status , itege r

P T I S T A S.

minosi affiantur suppicio , simplices  
uero & imperiti nulla prematur iniuria.  
Certum enim est , mira simplicitate ui-  
ros , mulieres , uirgunculas , qui per om-  
nem uitam infensi fuere discordiae , in  
eum errorem incidisse , qui uero iustum  
esse possit atque adeo æquum ut tales ili-  
co ueluti seditiosi ad mortem raperen-  
tur ? Deinde obiicitur & illud : Si Ana-  
baptistæ , inquiunt , Magistratibus hu-  
ius doctrinæ gratia qua facultatum cō-  
munionem esse debere affirmant , puni-  
endi non sunt , in hoc tamen noxam gra-  
uiter animaduertendā incurrint , docen-  
tes nullū Christianū Magistratus offici-  
is fungi posse . Adhæc nolunt principib⁹  
ut subditi in ciuilibus possessionibus se-  
met ullo iuramento , aut sponsione ob-  
noxios facere . Sane ista inficiari nō pos-  
sumus , ista . n . & docent & faciunt . Sed  
si ppteræa perimendi sunt , aut e medio  
tollendi , iamdudū & religiosis nempe sa-  
cerdotib⁹ & monachis inceptū oportuit .  
Siquidē religiosi qui hactenus præ aliis

## C O N T R A A N A B A.

Monachorū  
doctrina.

hoc nomen obtinuerūt oīm maxie huic  
culpæ sūt obnoxii, qui hactenus semp ita  
docuerūt, et opere doctrinā suam quoq;  
cōpleuerūt. Sunt em̄ illi ipsi qui dixerūt,  
et docuerunt, nullius religiosi interesse,  
ut pœnali iudicio morti quenq; adiudi-  
cet, aut de sanguine ferat sententiam;  
neq; citra dispensationem eiusmodi ad  
sua sacra et ordinem admiserunt. Quid  
vero hoc aliud est, quām om̄ibus Chri-  
stianis Magistratus officiis aut functio-  
nibus interdicere, posteaquām omnes  
*γνωσίους* Christianos uere religiosos esse  
oporteat, neq; Magistratus functio citra  
sanguinis effusionem administrari po-  
test? Illi quoq; tales sunt, qui nullo iure  
iurando, aut sponsione, aut alio quo-  
uis ciuili onere cōmuniter cum aliis fe-  
rendo semet unquā Magistratibus subie-  
ctos obstringere sustinuerunt, id quod  
nullo permisso, aut fauore Magistratus  
factum est, sed propriæ uolūtatis ductu-  
atq; libidine. Quin etiā, si ad tale aliquā  
quod Magistratibus præstādum fuerat,  
adacti

P T I S T A S.

adacti sunt, Principes et Magistrat<sup>9</sup> ana  
thematis sui fulmine ictos cōpescuerūt,  
quemadmodū hoc ipsum clare in Decre  
tis Pōtificiis memoriae proditū inuenīt.  
Iam si quis eam ob rem occidendus est,  
q̄s iustius supplicio afficiendus erit, quā  
ordo religiosorū? Posteaq̄ religiosi non  
minus hac in re errauerunt, quām Ana  
baptistarū colluties. Neḡt & ueritate di  
screpant, quod utriq; hac in re affirmant  
et religiosi et Anabaptistæ, uerum neu  
tra pars sane interpretat, sed plane falso  
exponūt, ut pleraq; oīa. Quippe Christi  
anus, ut Christian<sup>9</sup> nō potest uti gladio,  
aut quenq; perimere. Est em̄ Christiani  
esse mitem et humilē, qui nō prolixe aut  
grauatim ignoscat, qui malum patien  
ter sufferat, qui pro inimico Deum exo  
ret. In hoc tamen errant Anabaptistæ,  
cum dicunt Christianum ut Magistra  
tus fungentem officio non posse uti gla  
dio. Siquidem Deus ordinem magistra  
tus instituit, potestq; Christianus hoc of  
ficio & que atq; etiā iustius fungi, quām

Error Anaba  
ptistarum.

C O N T R A A N A B A

alius nō Christianus aut Ethnicus. Neq; illud diffiteri possumus spūalem Magistratum, hoc est, Episcopum, parochū seu prædicatorē, spiritualis officii gratia posse aut debere uti gladio. Nā Christus dum Apostolis, seu prædicatoribus Euā gelium annūciandū in mandatis dedit, non eadem quoq; opera illis liberū fecit ppriæ potestatis usum, quo inducti ueluti ciuilis Magistratus uterentur gladio. Quocirca ne in eam uenirent cogitationem suscepta potestate Euangeliū prædicandi, ac homines Verbo Dei & peccatis ligandi & soluēdi, eadem ratione quoq; potestatem haberent pro se utendi gladio, Christus illis interdicit usū gladii, qd non ad illorū personam tibi referendū est, si ad Remp. capescendam, seu Magistratum obeundū eligerentur, aut à ma gistratibus ad hoc uocarentur, sed ad illorum officiū, nimirū Apostolis ideo & ciuilis Magistratus officiis temperandū est, posteaquā potestatem spiritalem su sceperūt, perinde ut Papā in suis Decre tis

P T I S T A s.

ris se iactitat. In hoc uero religiosi tur-  
piter errantes impegerunt , cum docue-  
rint se nedū ppter officiū , uerū etiā ob-  
unctam personā non audere ullam sentē-  
tiam iudicio cōdemnati pronūtiare , &  
gladio uti. Iam si ob unum aliquē erro-  
rem statim quispiā uita spoliandus est ,  
parcendū erit nemini. Sed quid hac in re  
statuendū aut faciendū est ? Etem An-  
baptistæ Magistratibus , neq; iurare , ne  
que spōdere quicq; decreuerūt ? Respon-  
sio. Quemadmodū cum religiosis hac  
in re agitur , par i ratione quoq; cū Ana-  
baptistis agatur. Et cum ciuilem obedi-  
entiam præstare recusant , ciuili quoq; li-  
bertate priuētur , ac pro peregrinis repū-  
tentur & tractentur , qui in aliquod oppi-  
dum delati habitant , neq; tamē eius loci  
Magistratibus semet ullo iuramento ,  
aut sponsione addixerunt , aut subiece-  
runt. Neq; hoc cito facient ea de re com-  
pellati , sed ad eam excusationem fugi-  
ent , se ciuitati aut Magistratui fidem de-  
disse ac iurasse , quare hic non posse de-  
nuo iurare. Itaq; sūma poena qua eius ge-

Qualis debe-  
at esse poena  
baptistarum.

## C O N T R A A N A B A S

neris aliquis possit affici hæc esset, ut illi ciuilibus cōmerciis interdicereſ. Quicqđ illi p̄terea per iniuriā obiectū fuerit, ex tyrannide fit & ui, & nulla æquitate. Cur ergo in eiusmodi caſu Anabaptista acerbiore ſupplatio adſiciendus eſt? Cæterum ſummū & maximū hac in re ius eſt Cæſareum, quo ſe tuentur nunc ple-riq; existimātes Anabaptistas, Magistra-ribus ob hoc putiendos eſſe, adeo ut iuſ re eam pœnam ſufferre uideantur. Quia uero de eius legi intellectu nobis loquēdum eſt, operepreciū uifum eſt eam le-gem hic ſubiicere. Ad hunc uero mo-dum ſcripta eſt libro primo Codicis, Ne ſanctū baptiſma reiteretur, Lege ſecūda.

Imp. Honor. & Theod. AA. Antho-nio præfecto prætorio.

**S**i quis rebaptizare quempiam de mi-nistris catholicæ ſectæ fuerit deteſt<sup>9</sup>, unā cū eo, qui piaculare crimed com-misit, ſi tamen capax criminis ſit per æ-tatem, cui persuadum ſit, ultimo ſuppli-cio

P T I S T A S.

cō percellanē. Hæc est illa lex Cæsarea;  
 ut in literis cōprehensa est. Ac primum  
 quidem non de omnibus Christianis cō  
 muniter loquitur, qui rebaptizātur, sed  
 de ministris tātum Ecclesiæ catholicae,  
 quales sunt Acolyti, Lectores, Exorcistæ,  
 Ostiarii, Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri,  
 & Episcopi. Adeo, ut si hæc lex nō  
 alium in se sensum, aut intellectum cō-  
 plectitur, tantum illi poena percellendi  
 sunt, qui ministrum aliquem Ecclesiæ,  
 & non alium quempiam Christianū re-  
 baptizarunt: deinde de illis quoq; loqui-  
 tur, qui in ipso facto Anabaptismi ma-  
 nifesto deprehendunt, & non de illis qui  
 iam rebaptizati sunt. Ex hoc facile æsti-  
 mare licet, hanc legem magis pro terro-  
 re incutiēdo rogatam esse, quam quod  
 hi, qui rebaptizati sunt, suppicio ullo  
 afficiantur. Nam cum fortasse id tem-  
 poris Anabaptismus ualde foret in usu &  
 crebro fieret, neq; tamē aperte fieret, uo-  
 luit Cæsar Anabaptistis lege occurrere,  
 ut poenam quoq; talibus terrendis iuen-

De quibus in  
telligēda lex  
Cæsarea.

## C O N T R A A N A B A

dati proponeret, nimis si rebaptizati  
manifesto deprehenderentur. Non secus,  
quā in lege Mosaica Patrifamilias per-  
missum erat, ut furem manifesto in ædi-  
bus suis depræhensum occidere possit.  
Orto uero sole ipuue dimiteret. Tertio  
ut maxime hæc iam dicta locū nō habe-  
rent, tamē præsens lex de nudo & simpli-  
ci Anabaptismo intelligi nō potest. Siq-  
dem in antiquis historiis de isto Antho-  
nio Præfecto Prætorio, ad quē Cæsares  
hanc legem perscripserūt, adhunc mo-  
dum legitur, uidelicet illum fuisse sua-  
ætatis virum prudentissimū, ac Cæsarē  
Theodosium sine eius cōsilio nihil pror-  
sus egisse, aut statuisse, sed Anthonii du-  
ctu & auspicio omnia fuisse confecta &  
ordinata. Et postea de Theodosio quoq;  
ita literis ac memoriae proditū est, uide  
licet illum fuisse summa pietate virū, qui-  
tata honestate, integritate, & sanctimo-  
nia aulam suam rexerit, ut aula sua ma-  
gis cœnobiū quam regia existimata sit.  
Adhæc ita sanctam scripturā ad unguē  
calluisse

Tripartita hi-  
sto. lib. i. cap.  
ii.

Bap. 17.

calluisse legitur, ut candem ad Verbum  
memoriter recitare nosset &c. Quæ om  
nia illud non obscure testantur hac in le  
ge nihil imprudenter aut impie esse præ  
ceptum atq; statutū. Illud uero nedum  
incogitanter aut insipienter, ueruetiam  
impie actum esset, ut errantem tantum  
simplicis erroris gratia carnifici iugulā-  
dum obiiceremus, cum tamē adhuc ad  
sanam mentem & sententiam possit rez-  
trahi, aut si hoc non fieret, qui saltem  
Euangelio puniēdus reseruatus sit. Quā  
obrem apparet hanc legem alia ratione  
fuisse cōditam, ac aliam causam innue-  
re, quā in nude & simpliciter Anabapti-  
starū gratia fuisse rogatam. Sed huius  
causæ nulla fit métio, Leges enim Cæsa-  
ræ, ut nunc in libris extant, tantum e  
fontibus & ueris libris iam nūc nō ampli-  
us extantibus epitomæ quædā sunt sum-  
matim excerptæ. Quapropter nedū in  
hac lege tantū, uerū in multis etiam ali-  
is contrariae & pugnantes inter iurisperi-  
tos opiniones oriuntur, posteaquā fon-

## CONTRA ANABA-

tes non amplius extent, & uera exemplaria, nec causa pcedentis & sequentis rei, ad sensum legis plene intellegendū sciri potest. Et q̄ hæc lex nō nude de Anabaptismo accipiēda sit, ex hoc non ambigue notari potest, nempe ex lege hanc proxime pcedente, in qua Valentinianus & Gratianus Cæsares ita dicunt, Episcopū qui abusu nō debito denuo rebaptizauerit, sacerdotio indignum existimamus. Illorū enī errorem condemnamus, qui Apostolorum præcepta conculcant. Et illi qui semel Christiani nominis Sacramentum suscipiunt, multo plus Anabaptismo, sub nomine baptismi semet tuper contamināt, quām emundant. Hī duo Cæsares contenti sunt, rebaptizantē Episcopū suo officio indignū existimari, & eius errore refellere. Qui ergo alii duo tam efferatae esse possint tyrannidis ut propter simplicem Anabaptismū miserum populum morte multandum cōdemnarent: Poteſt etiam hic sensus ex sequenti lege certius elici, nam in suble  
quēti

Cap. Ne san-  
ctū baptisma  
reiteretur.

## P T I S T A S.

Quentibus scriptum est lib. i. Codicis titulo de Apostatis, ad hunc modum, Si quis in honesta lege compræhensus fuerit, ac tandem e Christiano in Iudaismū relabitur, ac semet blasphemæ illorum Synagogæ adiunxerit, illius bona publicitus diripienda mandamus. Hic Cæsa rex legis sensus est de Apostatis. Nam tie ro utrum maius est, si quis tantū uno Sacramento abutatur, aut si quis prorsus & fide descuerit? Haud dubie stultus quoque nullo inditio præditus intelligere possit grauius uitium esse & fide decisere, quam solū ex imperitia uno Sacramento abuti. Qui ergo grauiore & acerbiori supplicio puniendus esset ille, qui Sacramento abutitur, quam qui & tota fide semel descuerit? Si omnes illi morte forent afficiendi, qui Sacramēto non recte & indigne utuntur, quot nam quod tannis concremandi, aut decollandi sufficient, qui parum digne ad uienerabile Sacramētu corporis & sanguinis Christi accesserūt? Quin etiam neq; ipse neq;

F

C O N T R A A N A B A

Episcopi manus carnificis possint aufū gere , quippe qui Christianis Sacramen tum sub utraq; specie sumendum prohi buerunt , quod non solum non recte fa ctum , sed Christi institutioni plane ex di ametro contrariū est . Propterea ius Cæ sareum omnes alios hæreticos graviore poena non adficit , quām quod omnibus Cæsareis priuilegiis orbi esse cogantur . Qui ergo tam acerba poena Anabaptista rum error esset emendandus ? Si tamen omnino Anabaptistas excarnificare de cretum est , tum iisdem tormentis etiam Papa , & omnes eius sacerdotes excrucia ndi sunt . Nam illi permultos rebapti zarunt , uidelicet si puer recens natus domi urgente necessitate baptizatus fuerit & mulieribus , hunc de integro ad Eccle siam delatum rebaptizant . Hoc uero nō ne æque rebaptizari est , quā quod Ana baptistæ faciunt : Addunt equidem ista uerba , Si baptizatus es , ego te non ba ptizabo : sin non baptizatus es , ego te baptizabo in nomine patris &c. Quorsū uero

P T I S T A S.

uero opus est sacerdotibus hoc additamento? Nouerunt enim plane e mulierum relatu pueros esse baptizatos , cur ergo semel mulierū opera baptizatos infantes rebaptizant ? Neq; dicunt Anabaptistæ , se iterum baptizari , sed omniū primū recte baptizari. Existimant enim infantium baptismū nullum esse baptismum , quemadmodū Papistæ fere mulierum baptismū ducunt pro nihilo , tam et si hoc ipsum externe non indicent . Accedit his omnibus , quod de sancto Cypriano martyre legitur , quē spectatæ sanctimonie Episcopū fuisse Carthagine certum est , qui unā cum toto Cōcilio habita deliberatione , statuit eos qui ante ab hæreticis fuissent baptizati , ac tandem ue ri Christiani effecti baptizandos esse . Et quanq; oēs hac in sententia hallucinatos esse negare non possumus , nemo tamē propterea à quoq; diabolo mancipatus est , tantū absit ut quispiam morte multatus sit . Immo Cyprianus , quem eo in cōcilio caput fuisse historiæ perhibet ,

## C O N T R A A N A B A

etiamnū hodie ab omnibus sanctus mar-  
tyr esse creditur. Itaq; cum Anabaptistæ  
sui erroris & instituti, tam præclarum,  
sanctū, & doctum uirum, & martyrem  
cōmunem quasi authorē habeant, quid  
sibi uolunt Christiani, ut semet inter se  
tam crudeliter perimant? Ex his omni-  
bus iā supra memoratis, facile est, anim  
aduertere Cæsaris constitutionē, in quo  
Anabaptistas capitis condemnat, non  
nude ad Anabaptismū respicere, sed ad  
aliud quoddam externū flagitium, hic  
nusquam expresse positum, quod tunc  
temporis Anabaptismo adhæsse credi-  
bile est. Alioqui em omnē humanitatē  
& æquitatem tam clemens Cæsar excels-  
isset. Sin ista lex nude respicit ad Ana-  
baptismū, non aliunde quam cruentorū  
Episcoporū instinctu rogatam esse iura-  
re ausim, quorum magnū numerū sub  
Theodosio fuisse non ignoramus. Necq;  
res erat magni negocii horum Cæsarū  
animos flectere. Cum n. Cæsares adhuc  
esent Christiani nouitii, statim Episco-  
porum

porū verbis mouebant̄, existimātes nī  
 hil non esse Dei Verbum , quicquid ab  
 Episcopis uspiam fuiset prolatum. Le-  
 gitur em̄ in fidedignis historiis , tempo-  
 re Theodosii Episcopū fuisse Synnade, q  
 usq; adeo fertur insectat⁹ else hæreticos  
 quos Macedonios nominant , ut etiam  
 e possessionibus suis eos deturbaret. In-  
 super Constantinopolim horum gratia  
 profectus est , ubi tūc Cæsar is aula erat ,  
 ibi oēs Cæsar is Præfectos aduersus hære-  
 ticos persequendos sibi adiunxit. Quod  
 factum ea in historia Episcopo summe  
 probro datum est , ut ei qui hac in re pa-  
 rum pie aut Christiane egerit. Ac postea  
 nō dissimile factum de Episcopo Nesto-  
 rio legitur , qui cum Cōstantinopoli ele-  
 ctus eset in Præfulem , ad eūdem Theo-  
 dosium inter contionandū ita dixisse fer-  
 tur , O Cæsar , da mihi regionem ab hære-  
 ticiis purgatam , & ego tibi cœlum datu-  
 rus sum , Sis mihi auxilio in oppugnan-  
 dis hæreticis , & ego tibi in Persis hostib⁹  
 tuis devincendis opem feram. Hanc Epi-

Tripartita hi-  
sto. lib. ii. c. 3.

Triparti- hi-  
sto. lib. ii. c. 4.

## CONTRA ANABAT

scopi orationē , multi cordati uiri ægre  
ferebant . & quanq̄ nemo hæreticorū fa  
uebat uesaniæ , tamen Episcopi leuitas  
imo erga Cæsarem audatia nemini non  
displicebat . Quapropter si Episcopi Cæ-  
sarem Theodosium , ita nare ueluti bu-  
balum traxerunt , ac illi cœlum pollici-  
ti sunt , mirabile nō erit , si eiusmodi lex  
suo tempore aduersus Anabaptistas ro-  
gata fit . Sed est ne propterea ista lex pro-  
sancta & inculpata reputanda , quæ san-  
guinolentorū Episcoporū instinctu con-  
dita est . An non potius illud hac in re re-  
spiciendū fuerit , quid Christianum Ma-  
gistratum deceat , quām qđ uiolenta ty-  
rannide extorqueri possit . Multo enim  
magis Christiano Magistratui cōuenit ,  
ne tam sit sanguinis cupidus , atq̄ Ethni-  
corum esse solent . Conuenit quoq; illi ,  
ut etiam ueluti Christianus animarū sal-  
uandarū curam agat , & non , ut tyran-  
nus semp̄ rem gerat sœvitia . Qui uero il-  
lud dici potest salutem animarū quæsis-  
se , si miseri Anabaptistæ , qui tantum  
simplici

simplicitate peruersi intellectus scriptu-  
 ræ in errorem prolapsi sunt, statim gla-  
 dio carnificis docentur & corripiunt<sup>r</sup>. Et  
 profecto à misericordia hominib<sup>9</sup> nulla adeo  
 timenda esset seditio, si alioqui gladio  
 recte uteremur. Quin potius Magistra-  
 tus uigilantius quæ sibi agenda sint, præ-  
 videat, suoq<sup>b</sup> officio fungatur cogitan-  
 tius, neq<sup>b</sup> miserios per tyrannidem oppri-  
 mat, neq<sup>b</sup> egenum assiduis exactioribus  
 compilet, sed pupillos ac uiduas fideliter  
 defendat, citra personarū respectū iudi-  
 cet, id quod sui officii functio desiderat,  
 hoc facto, nihil est quod ullam seditio-  
 nem pertimescat. Mali homines nullius  
 seditionis authores sunt, sed si ueritatem  
 fateri libere uolumus, mala & uitiosa ui-  
 ta Principū & Magistratum. Sunt qui-  
 dem mali homines instrumenta seditio-  
 nis, cæterū mala uita Magistratuū una  
 p̄cipua causa om̄is seditionis tumultus &  
 motus esse solet. Eius rei cōprobandæ  
 certissimū exemplū exhibet rex Dauid,  
 qui si non peccasset adulteriū cōmittens

ARTIC. ECCLE.

do, & Vriæ sanguinē innocenter effundi-  
dendo, Absalon filius suus nunqut tantū  
potuisset, ut concitata seditione patrem  
psequeutus fuisset, etiam si adhuc maio-  
ris fuisset audaciæ & malitiæ. Quāobrē  
Magistratui supplicii sævitia erga sim-  
plices Anabaptistas mitigāda & tollēda  
est, ac eos Euāgelio puniēdos relinquat.  
Alias uero gnauiter det operā, ut paci-  
te & honeste concordes uiuant omnes.  
Nam qui aduersus cōmunem tranqui-  
litatem & Magistratum peccauerit, siue  
baptizator seu rebaptizator fuerit, ille  
meritū suppliciū ab illo sufferendū sibi  
non ignorēt.

ARTICVLI

IN S P E C T I O N I S   E C C L E  
ſiarum Saxoniæ, emendati.

I

De decalogo, an doceant decalogū,  
ex quo tradant doctrinā timoris. De pœ-  
nis corporalibus & perpetuis.

Quomo

S I A E S A X O N I A E.

II

Quomodo fidem doceat, quid fides,  
quomodo cōsequamur eam, & quomo  
do doceant homines iustificari,

III

Quid doceant de Sacramētis Baptis-  
matis, Eucharistiae, & Pœnitentiae.

IV

Sit ne uerum corpus Christi in pane,  
uerusque sanguis in calice, & quomodo  
hoc probent.

V

Quis fructus sit ex māducatiōe petend⁹.

VI

De baptismo paruulorum, & rebapti-  
zatione.

VII

Dē pœnitentia, quid sit, & quæ sunt  
ei⁹ partes.

VIII

De charitate, & obediētia erga Magi-  
stratum, de cruce, de patientia, & aliis  
fructibus spiritus.

F v

A R T I C . E C C L E

I X.

De coniugio , de timore Dei , quomodo  
semper cū fide sit , de insidiis diaboli ,  
X.

De traditionibus hominū , quomodo  
doceant , quæ seruandæ sint , quæ nō ser  
uandæ , cur sint seruandæ , de uitādis scan  
dalīs .

X I.

De forma Missæ , de contionibus , de  
Feriis .

X II.

De casibus matrimonialibus , de gra  
dibus prohibitis .

X III.

De redditibus , & usuris .

X IIII.

De mortuis , quomodo doceant .

X V.

De precatione , an enarrent oratio  
nem Dominicam ,

X VI.

An Symbolon enarrent .

X VII.

De Scholis .

De Aedituis

S I A E S A X O N I A E.

XVIII.

De Aedituis.

XIX.

De arario, de fundatione pro defun-

XX.

(etis.

Quis nam puniat adulteros.

Pastores debent exemplū Christi se-  
qui, qui quoniam poenitentiam & Pastorum  
remissionem peccatorū docet, de- officium.  
bent eadē & ipsi tradere Ecclesiis. Nunc  
vulgare est uociferari de fide, & tamen  
intelligi qd sit fides, non potest, nisi præ  
dicata poenitētia. Plane uinum nouum  
in utres ueteres infundūt, qui fidem sine  
poenitentia, sine doctrina timoris Dei  
sine doctrina legis prædicat, & ad carna-  
lem quandā securitatē adsuefaciunt uul-  
gus. Et securitas est deterior quam pluri-  
que errores ante a sub Papa fuerunt. Hoc  
genus concionatorū describit Hier. & ui-  
tuperat eos, qui dicunt, pax pax, & non  
est pax. Quām grauiter minatur cōcio-  
natoribus apud Ezech.iii. Dominus præ

## ARTIC. ECCL.

termittentibus hanc partem? Si dicente  
me ad impiū , morte morieris , non ad-  
nunciaueris ei , sanguinē eius de manu  
tua requiram. Itaq; Paulus ait, scripturā  
diuinitus traditam esse ad arguendum;  
corripiendū &c. At nunc isti qui pœnitē-  
tiā negligunt docere , unam de princi-  
palioribus partibus Euāgelio detrahūt.  
Pœnitentia uero sic docenda est , ut inci-  
tent auditores ad contritionem, quæ est  
p̄cipua pars pœnitentia. Et est in scriptu-  
ris uocata mortificatio , de hac Ezech.  
dicit: cū ingemuerit peccator &c. Et Io-  
hel. Scindite corda uestra , Et Elsa. ubi  
habitabit domin⁹ : in spiritu humiliato.

Aliquando totum decalogum enar-  
rent ordine, quia prædicatio legis ad pœ-  
nitentiā prouocat. Aliquando certū ali-  
quod uitium uituperent, & copiose de-  
clarent, quām grauiter offendat Deus,  
& quas pœnas minetur. Non enim satis  
est p̄cepta enarrare , sed etiam pœnas cō-  
memorent, quas Deus minatur pecca-  
toribus. Nec tantum de æternis pœnis,  
sed

## SIAE SAXONIÆ.

sed etiam de præsentis uita poenitentiæ doceant. Quia dominus non tantum post hanc uitam, sed multa etiam in hac uita punxit exempli causa, ut alios ad poenitentiam inuitet, Gene. xviii. ait Angelus, se suppliciū Sodomorū ideo Abrahæ prædicere, q[uod] sciat eum eius rei memoriam transmissurū esse ad posteros, ut custodiāt uiam Domini. Et Mose p[ro]cipit populo Israel, de interempto Pharaone, deq[ue] aliis, quæ acciderant in exitu de Aegypto, Narrate ea filiis uestris. Nam hæc omnia non propter ipsos, ut Paulus ait, sed propter nos scrip[ta] sunt, ut discamus timorem Dei. Est autem timor domini initium sapientiæ &c.

Prodest & hic exponere, qualis status sit hois qui nō gubernant Deo, quia cū in potestate diaboli est, impellit ad omnis generis flagitia. Neq[ue] ullis uerbis explicari potest, quæ mala impendeant his, quos Deus nō legit, ut defendit aduersus satanā, Quo ruit Saul, quo plapsi sunt Cain, Absalon, Achab, & similes impiorum, quia

A R T I C . E C C L E

Deus eos nō gubernabat , sed tradiderat  
in desideriū cordium suorū , Roma . i . Ita  
quotidie ipellit diabolus desertos à Deo  
ad cædem faciendā , & ad alia facinora ,  
ut per eas occasiones perdat illos .

Hæc exempla sunt exponenda multitu-  
dini , ut inuitentur ad pœnitentiam & ad  
petendū auxilium à Deo , & docendi sunt  
id quod Christus docet . Hæc inculcare  
multitudini multo satius est , quā quoti-  
die uociferari de monachis , & esu carniū  
& similibus rebus , quas uulgaris uix unq̄  
recte intelligit .

Secunda pars doctrinæ , est doctrina  
remissionis peccatorū seu fidei . Hæc in-  
telligi ita demum potest , si ante doctri-  
nam timoris , seu pœnitentiæ audierint  
quia fides non potest concipi , nisi in cor  
de contrito . Sic igitur doceant fidem .

Primū quid sit fides .

Fides quid sit      Est autem fides , credere quod Deus  
nobis condonat peccata propter Chri-  
stum , & quia condonat peccata , adsit ,  
reget & gubernet nos , & sit saluaturus ,  
Sunt

## SIAE SAXONI AE.

Sunt etiam monendi homines , fides  
esse non tantum credere remissionē pec-  
catorum , sed etiā hoc accedere oporten-  
te . ut credamus , nos post condonationē  
peccatorum defendi & regi à Deo . Est id  
quoq; docendum , condonari nobis pec-  
cata , nō propter nostra merita , sed pro-  
pter Christum , quia si merita nostra iu-  
berentur respici , cōscientiæ eorum qui  
nulla habent merita , adigerentur ad de-  
sperationem .

Item sunt docendi , quod etiam si ha-  
beamus merita & bona opera , tamē ea  
non ualent ad placandū Deū , iuxta illud  
Dicte , inutiles serui sumus . Item , nō iu-  
stificabitur in cōspectu tuo omnis uiuēs ,  
sed quod Christi satisfactione iustifica-  
mur . Sic igitur diligenter ostēdatur po-  
pulo Christus , cur miserit eum pater , ut  
scilicet satisfaceret pro peccatis nostris ,  
& ut propter Christū receptis in gratiā  
detur spiritus sanctus , à quo sanctificen-  
tur , regantur , & custodiantur , eleēti cre-  
dentes .

Non cōdonā-  
tur peccata ,  
propter non  
stra merita .

A R T I C . E C C L E

Doctores fecerunt tres partes pœnitètia, Cōtritionem ( de ea iam diximus ) confessionem & satisfactionem . Sed satisfactio non est aliqua nostra opera , sed Christus , sicut Iohannes ait , ipse est propiciatio pro peccatis nostris.

Secūdo , semper adilicant , in quibus possit esse fides , scilicet in his quorū corda conterrita sunt , seu ( ut uocant ) contrita . Et arguant eos , q̄ somniāt se credere , aut fidem habere cum non habent , timorēm Dei , cum non habent contritum , id enim necesse est , præcedere fidem , sicut aurora oriēte sole , diem naturaliter præcedit ,

Tertio doceant , quomodo corda concipiāt fidem , sic enim concipiūt . Quādo Deus misertus , perterrefacit cor , & incutit alicui metum iudicii , ea scilicet , seu pœnitentia , seu contritio , si tum audiāt Euāngelion , hoc est , si audiat sibi condonari peccata propter Christum , & credat certo ignosci . Tunc cōcīpit fidem cor , cum perterfactum hoc modo eri gitur

S I A E S A X O N I A E.

gitur, & concipit consolationem.

Hæc cum uere fiunt in corde, & non simulanter, tunc fidem concipit cor, tunc etiam concipit spiritū sanctum, qui affert fructus fidei, scilicet humilitatem, castitatem, patientiam, charitatem, & similes fructus. Ibi cor concipit propositum bonæ uitæ & odiū peccati, sic Paulus ait Rom. vi. Quorū nunc pudet uos. Roma. viii. Si spiritu facta carnis mortificatis, uiuetis.

Debent autem pastores enarrare symbolon Apostolorū Ecclesiis. Quidā somniāt credere, esse id quod tenere histiram de Christo, eaq; cognita, iustificati homines, uerum hi longe aberrant. Nam ea demum fides iustificat, quum credit remissionem peccatorū. Ideo in enarratione symboli, iubeat ad eum articulum respici (Credo remissione peccatorum) ad illum omneis articulos superiores referendos esse doceant.

De Cruce.

Hactenus tradidimus doctrinam ius-

G

ftificationis , nunc de fructibus dicemus . Iustificatur enim homo per fidem , nō ex humanis meritis seu operibus . Sed fides non est nisi in corde contrito , seu mortificato , seu agente pœnitentiam . Ita cōtritio , seu pœnitentia præcedit fidem . Nunc de cruce dicemus . Primū docendi sunt homines , omnes afflictiones corporales & spirituales , malam ualitudinem , inopiam , & similia , esse opera Dei , sicut Hierem . docet Thre . iii . Quis est qui dixerit , ut fieret Domino non iubenter ? Ex ore altissimi , nonne egredientur bona & mala .

Secundo doceant , propter quam causam Deus nos adfligat . Adfligit eños , ut prouocet ad pœnitentiam , nam afflictiones sūt partes legis , & pœnae pro peccatis nostris irrogatae . Sed sicut lex non arguit nos ut perdat , sicut Paulus ait . Cōclusit omnia sub peccatiū , non ut perdat , sed ut omnijū misereatur . Item , Non lo mortem peccatorū , ita afflictiones arguiunt nos , ut prouocent ad pœnitentiā

Idco

S I A E S A X O N I A E.

Ideo dixit Salomon, Quem diligit Deus,  
corripit, Et Paulus, Dū iudicatnus, cor  
ripimur. Sunt exempla recitāda Dauid,  
qui ait, Bonum mihi, q̄ humiliasti me,  
ut discerem iustificationes tuas, Itē Mas  
nasse. ii. Patalip. xxxiii. qui postq̄ coan  
gustatus est, oravit Dominū Deum su  
um, & egit poenitentiam ualde coram  
Deo patrum suorū, deprecatus est eum,  
& obsecravit intente, & audiuit oratio  
nem eius. Item alia multa ex scripturis  
petenda sunt.

Tertio, in pœna, seu afflictione præ  
stanta est patientia, id est non debemus  
irasci, seu maledicere Deo, sicut Israeli  
tæ in exitu murmurabat aduersus Deū,  
Sed potius debemus agnoscere & fateri,  
q̄ eiusmodi pœnam meriti sumus pro  
peccatis nostris. Nos enī sumus adiudi  
cati morti, Ita Dauid præstat patientiā,  
dum ait, Præcepit ei Dominus, ut male  
diceret. Et debemus Deo gratias agere,  
q̄ nos per hanc occasionem ad poeniten  
tiā vocar,

Quarto, nihil horum, quæ supra diximus in afflictione satis est præstare, sed oportet adcedere ad id, quod summum est, scilicet, orationem & inuocationem Dei, ut Deus aut gubernet, aut liberet ab hac afflictione, sicut scriptum est Psal. lxxix. Inuoca me in die tribulationis, Huc igitur locum de oratione diligenter inculcent populo.

## De Oratione,

Oratio, est petere aliquid à Deo, aut Deo pro accepto beneficio gratias agere. Sunt autem hæc tradenda de oratione.

Primum, q[uia] Deus non tantum permittit orari, sed etiam præcipit, Lucae xviii. sicut præcipit nobis non facere cædere, nō mœchari. Proinde sicut peccant qui cædem faciunt, qui furatur &c. ita peccant etiam qui nunq[ue] orant. Hic exaggeranda est magnitudo diuinæ bonitatis, quæ hic uidemus ineffabilem esse, cum non tantum largiri uult bona, sed etiam præcipit, ut postulemus, eum patrem putamus esse clementem, qui rogatus liben-

ter

SIAE SAXONIAE.

ter largitur bona. Sed quanta clementia est, præcipere omnibus, ut quæplurimum postulent.

Et quoniam oratio est fidei exercitiū, hic maxime sentimus fidei infirmitatē, neq; em̄ credimus tantam esse bonitatē Dei, quantam pollicetur uerbo. Proinde in hoc loco castigāda est fidei nostræ imbecillitas, & sicut Christus taxat imbecillitatem in Apostolis modicæ fidei,

Secundo, in oratione promissio diuina consyderanda est, q; Deus pollicitus sit se nos exauditurū esse Matth. ii. Dabit bona petentibus se. item, quicquid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Requiritur igitur fides in oratione, ut credamus, q; Deus sit nos exauditus, quia qui præcipit orare, promisit se uelle exaudire & iuuare.

Nec debemus absterreri, quia nos sumus indigni, sicut em̄ nos iustificat propter Christum, non propter nostra merita, ita quoq; exaudit nos propter Christum & suum præceptum, & suam pfo-

A R T I C . E C C L .

missionē, non propter nostra merita. Et tamen hic docendi sunt homines, q̄ eos qui non agunt pœnitentiā, non exaudit Deus, q̄a oratio impii abominatio est. Item, clamabūt, & ego nō exaudiā, Ita. Eccl. xxxiiii. Orationē illi⁹ qs exaudiets.

Peccata nostra nō debent nos absterre, quo minus credamus nos exaudiri. Si tamen pœnitentiā agimus, & credimus nobis ignosci propter Christū. Ideo Paulus ait: Orate sine ira, id est, cū pa-  
tiētia, & sine hæsitatione, & cū fide, cre-  
dentes, q̄ Deus sit nos exauditurus.

Tertio docendi sunt homines, oratiō  
ne aliquid petere, aut gratias agere pro  
aliquo accepto beneficio. Nō qrant quī  
longas orationes docent dicendas esse,  
ut pro peccatis nostris sat̄is faciamus, sed  
docēt, ut Christus uocat, multiloquisi.  
**Hoc** potius agamus, ut postulemus ali-  
quid à Deo, Et sunt hortandi homines,  
ut orent, nō tamē non tantū pro suis ne-  
cessitatibus, sed etiam publicis, ut pro  
**Magistratib⁹, propice, pro gloria Euā-  
gelij**

S I A E S A X O N I A E.

Gelii , pro annonā , ut Paul⁹ iussit . i. Thes  
salon . ii . Et prodest aliquā in Ecclesia cō-  
munes orationes facere , exhortariq; ho-  
mines , ut pro publicis necessitatibus pre-  
tentur Deum .

Quarto , docendi sunt homines , ne de-  
sistant orare , aut diffidunt Deo , etiā si  
non statim impetrēt , quod petimus & uo-  
lunt , sed pergant orare , quia Deus ideo  
differt exaudire , ut exerceat fidem no-  
stram , sicuti apparet in Syrophœnissa .  
Item Lucæ xviii .

Aliquā Deus nō id , quod petimus , sed  
meliora dat , ideo permittere eius uolū-  
tati debemus , hoc ipsum , qđ petimus ,  
ut meliora uelit dare . Ideo em dicimus  
in oratione dominica : Fiat uolūtas tua .  
Et rogemus , ut det nobis obedientiam .  
Credere enim debemus , preces exaudi-  
ri , & non esse irritas . Sed aliquid impe-  
truras esse , quod quale sit , aut qñ con-  
tingere nobis debeat , Deo permittendū  
est . Breuiter , quo nos plura à Deo postu-  
lare audemus , eo lubet ins largiur Deus ,

G iiii

A R T I C . E C C L E

sicut in Magdalena apparet , ideo enim  
multa remittuntur ei , quia multū dilexit ;  
id est , multa ausa est sperare & postulare .  
Et sic docendi sunt homines exercere si-  
dem in oratione . Est autem populo ora-  
tio Dominica diligenter & simpliciter  
enarranda .

I.

Pater noster qui es in cœlis . Vbiq[ue]  
ades , & exaudis nos .

II.

Sanctificetur nomen , id est cognosca-  
tur , ut deinde prædictetur & celebretur .  
Cognoscitur , quando scitur , q[uod] iudicet  
peccantes , id est , uere timere iudicium  
Dei . Secundo cognoscitur , quando sen-  
timus , q[uod] ignoscat propter Christū , id  
est uere credere . Sic definit cognitionē  
Dei Hiere . ix . In hoc glorietur uir , nos-  
se me , q[uod] sum Deus , faciens iudicium &  
misericordiam .

III.

Adueniat regnum tuum , id est , gu-  
berna nos , quia sine te nihil possumus fa-  
cere .

Fiat

SIAE SAXONIAE.

III.

Fiat uolūtas tua , id est , da nobis obe  
diētiam , ut toleremus uoluntatē tuam.

V.

Panem nostrum quotidianū , id est ,  
omneis corporis necessitates , pacem , ui  
etum , bonam ualetudinem , bonam fa  
mam , prudentiā in administrandis cor  
poralibus & ciuilibus rebus , literarum &  
similia . Hæc doceant etiā dei dona esse ,  
iuxta illud : In ipso sumus , uiuimus , &  
mouemur .

VI.

Dimitte nobis debita nostra , & ne  
nos inducas in tentationem , id est , ne si  
ne nos uinci in tentatione .

VII.

Et libera nos & malo , id est , ab oībus  
aduersitatibus corporeis & spūalibus .

De fructibus Spiritus .

Quim tradiderint doctrinam iustifi  
cationis , doceant nō semel absolui poe  
nitentiam , sed ulterius mortificandam  
esse carnem , & timorem Dei debere cre

scere, & crescente timore, crescere etiam  
debere fidem;

Hic etiam ad officia charitatis diligenter adhortent eos, quos docent & ad elemosynas elargiendas. Et doceant fidem exercendam esse, quum hac spe largiantur eleemosynas, q̄ Deus uicissim nobis suppeditaturus sit uictū & similia, iuxta illud: Date, & dabitur uobis. Item, libera li oculo &c. Et hic docēdi sunt homines, q̄ omnia ista etiam corporalia sint dona Dei, iuxta illud: Benedictio Domini diuites facit. Itaq; si largiantur eleemosynas, Deus augebit nostram rem familiarem, dabit publice annonam uberiorem, pacem, & similia bona: non quia facimus nos, sed quia talia ipse promisit facientibus. In primis largi erga sacerdotes esse debent, quia scriptū est, Duplici honore digni sunt, quoties aliquē locū affert historia Euāgelica, ubi uitium aliquod reprehenditur, ibi hortentur ad pœnitentiam, & colligant argumenta, quanto pere Deus id uitium oderit, quam graver

SIAE SAXONIAE.

miter puniat. Addūt etiam ex scripturis,  
aut aliunde exempla, & contra exigant  
bona opera, & doceat, quām seuere hoc  
Deus exigat, qui præmia sit redditurus  
Pro illis operibus.

Dicendū est aliquando de aliis fructi-  
bus Spiritus, de castitate, de mansuetu-  
dine, humilitate. Non autem ita in his  
locis cōmorentur, ut nō saepe redeant ad  
doctrinam fidei: ad hanc saepe est redeū  
dum & dicendū quomodo iustificet, si-  
cuti supra exposuimus, præsertim, quā-  
do historia Euangelii offert exemplū fi-  
dei seu promissionis, ibi tum ita tractēt  
fidem, ut dicant, non posse sine pœnitē-  
tia existere.

Neq; tamē semper de sola fide dicant,  
sed tractent etiam doctrinā operū & pœ-  
nitentiā in aliqua certa uirtute, non-  
nunq; cōtionem cōsumant, ut in tractan-  
da sobrietate, & insectatione ebrietatis,  
in tractanda castitate, insectandis scor-  
tatoribus. Aliquādo de eleemosynis di-  
cant. Et sicut supra dixi, proderit aliquā

A R T I C . E C C L E \*

ordine per aliquot contiones decalogū  
enarrare , aliqui de oratione dicant , de  
qua tamē quū dicunt , necesse est fidei na  
turā declarare , Et ibi populi præsentes  
necessitates cōsiderent , ut inopiam , ad  
versam ualetudinem , aut similia . Ante  
aduersus morbum comitialem colebat  
Valentinum , aduersus morbum pecu  
num Antoniū , aduersus pestem Seba  
stianum , Rochum &c . In his omnibus  
necessitatibus doceantur auxiliū postula  
re à Deo , quia Deus omnibus necessita  
tibus nostris uult opitulari , ut hæc & si  
milia populus assuecat Deo commenda  
re . In his paruis rebus fidei tyrocinium fa  
ciendū est , sicut Iacob ait : Si Dominus  
dederit mihi panem , aquam , uestem ,  
erit mihi in Deum . Item , iumenta & ho  
mines saluabis Domine . Valde enim incō  
modo docent , qui non adsuefaciunt uul  
gus ad postulandum auxilium à Deo , etiā  
in corporalibus afflictionibus .

De Magistratibus.

Inter omnia charitatis officia præci  
puum

SIAE SAXONI AE.

puum est obedire Magistratibus. Hic locus diligenter est tractatus Roman. xiii. Tantum hoc agant cōcionatores , ut cū sēpe enarrent populo , potest enim tractari in enarratione quarti præcepti, dē honorādis parentibus . Et diligēter doceant homines , etiam si Magistratus iniuriam faciunt subditis , tamen eam feren-  
dam esse . Et nō parandam esse vindictā aduersus illos , iuxta sententiā , Qui resi-  
stit Magistratui , iudicium sibi acquirit.

Hic etiam exempla debent proponi , quibus videant seditiones diuinitus gra-  
uissime punitas esse , sicut Chore , Ame-  
lech , Absalon , & multi alii testantur.  
Hæc multo utilius est inculcare multitu-  
dini , quām assuefacere eos ad contem-  
ptum Magistratuū , hoc faciunt , qui in-  
caute docent libertatem Christianam.

Hæc etiā de legibus , sententiis , & edi-  
ctis iudicum in singulis urbibus , docen-  
dis sunt , quod sint edicta diuinā , hoc est ,  
q̄ Deus illis obediri tanq̄ suæ uoci uelit ,  
Sic enim ait Salomon : Diuinatio in la-

ARTIC. ECL<sup>E</sup>

bis regis, id est, quicquid reges seu Magistratus pronunciant, id pro Dei uoce amplectendū est & obtemperandū, tanquam manifesta uoci de cælo.

Quidam indocti de legibus clamitat, quod nō liceat uti Gentilibus, seu Imperatorum legibus, sed malunt res iudicari ex legibus Mosaicis. Hi quoq; errant, quia Deus approbat gladium & ordinationem Gentiliū Magistratum, Rom. xiii.i. Timo.ii. & Acto.xv. Luca<sup>r</sup> iii. Esto te contenti &c.

Licet itaq; uti gētilibus legibus, quia Deus dedit nobis legēm naturæ, quam sequētes, possumus leges de ciuilibus rebus condere, Deo placentes, ad Rom. ii. Habent legem scriptam in cordibus. Et sicut Deus non exigit à nobis Cæremōnias Mosaicas, ita nec πλινκά Mosalica seu iudicialia, ut uocant.

Honore afficere Magistratus; est nō tantū obedire, sed summus gradus honoris est, pro eis orare, & Deo gratias agere, quod per eos qualicūq; pace fruimur:

nec

## S I - AE SAXONIAE

nec omnia latrociniis & cædibus infecta  
fiant. Inestimabile beneficium est, qualé-  
cunque ordinatione ciuilem cōseruare iu-  
dicando, puniendo sontes, prohibendo  
cædes, furtæ, & similia. Huius beneficij  
magnitudinem diligenter inculcent po-  
pulo Concionatores.

### De Timore Dei.

Supra dixi fidem non existere sine ti-  
more Dei, hoc ideo diligentius est incul-  
candum, quia Christus his, qui iustifi-  
cati sunt tantum impendere periculi af-  
firmat, ut dicat Satanam expulsum, co-  
nari redire, stipatum aliis septem, & ac-  
cedere aliquando, ut nouissima fiant pri-  
oribus peiora. Has insidias diaboli debet  
declarare populo, quia Euangeliū reue-  
lat & arguit potestates tenebrarū, Ioan.  
xvi. Spiritus sanctus arguet mundū de  
peccato, iusticia, & iudicio,

### De Iusticia.

Mūdus nō iudicat iusticiā esse tantū ex  
eterna origine, seu ciuilē obseruationē legis.

A R T I C . E C C L E .

Sed spiritus sanctus docet nos, nostra opera non satisfacere Deo, sed Christum satisfactionē & propitiationē esse, itaq; fide iustificari.

De Iudicio.

Quia mundus non iudicat Satanam nobis nocere, sed spiritus sanctus docet nos, potestatem Satanæ debilitatam esse & Christo, sed impiis cum dominari & impellere ad omne genus flagitiæ.

Est autem duplex timor Dei, Quidā est sine fide credente, q; Deus misereat nostri, & recipiat nos in gratiam, sicut Satanas timet Deum. Et quanq; credat Euangeliī historiam, tamen non credit sibi ignosci à deo. Huc pertinet quod Iacob ait, Dæmones credunt & cōtremiscunt. Hic timor uocatur seruilis.

Alius est timor, cum fide cōiunctus, ita ut cor perterritū rursus erigat, & cōfoletur fides, credens deum esse placatū. Taliter sentiūtur & exercent se mutuo timor & fides, nec ociosæ sunt cogitationes animi, sed necesse est reuera perhor- rescere

## SIAE SAXONI AE.

rescere animos timore, & postea iterum  
consolationem & gaudium concipere.  
Hic timor uocatur filialis , de quo dictū  
est : Deū time , & mandata eius serua &c,  
Item , Timenti Deum , nō deerit ullum  
bonum.

## D E S A C R A mentis.

**B**aptismus est signum pœnitentiæ. Si  
cum eū imergimur aquæ , sic oportet  
nos semp terrefieri,mortificate ueterē  
hominē , id est, cōteri nos, seu perterrefie-  
ti. Ideo habemus in Euāgelio p̄dicationem  
pœnitentiæ : Agite pœnitentiā, quia  
appropinquabit regnum cœlorū . Item  
babet adnexam prōmissionem : Qui cre-  
diderit & baptizatus fuerit , saluus erit.  
Doceant igitur effectum baptismi per o-  
mnem uitam debere durare , hoc est,  
semper nos debere pœnitentiam agere,  
& simul credere , quod Deus uelit nobis  
ignoscere. Et sāpe admonēant huius ba-  
ptismi populum.

ARTIC. ECCL.

Item caueat admittere rebaptizatio-  
nem, quia prior baptismus parvorum  
imptobari non potest, sicut nec circun-  
cisio parvorum. Et circuncisio & ba-  
ptismus sunt eiusdem rei signum. Nec  
ualet argumentum, parvulos nondum  
habere rationem, ideo nec fidem posse  
habere, quia Deus agit in eis, etiam si  
ratione non utantur, sicut appareret de cir-  
cuncisione, Ego ero Deus eorum. Item.  
Sinite parvulos ad me uenire.

E V C H A R I

stiae Signum.

**P**rimum sic doceant, iuxta Verbum  
Christi esse cum pane uerum corporum Christi,  
cum calice uerum sanguinem, quia Dominus  
ita uocauit. Et Paulus ait discernen-  
dum esse corpus Domini. Itē Christus ait:  
Hic est calix nouum Testamentum, Testa-  
mentum sanguine conditum, non signo  
sanguinis. Item, Panis quem frangimus  
est communicatio corporis Christi, nō  
217  
ait,

S I A E S A X O N I A E.

ait, est communicatio spiritus Christi,  
Huc faciunt ueterū scriptorū sententiæ.

Secūdo doceant, quod sicut Christus  
instituit, ut utraque specie utamur, su-  
mendam esse utrāq; speciem. Cypria-  
tus ait, q; nec minimū discedendum sit  
& Christi mandato & præscripto. Sed ta-  
men si adhuc aliqui infirmi essent, nec  
satis eruditī, hi finendi sunt suæ consci-  
entiae, ut altera specie tantū utantur. Et  
hic docendi sunt homines, ne alter alter-  
rum iudiceret.

Tertio, quod maxime necessarium  
est, mandatione corporali non iustifi-  
cari homines, sed mandationem esse  
signum, quod nos admoneat, ut creda-  
mus nobis remitti peccata. Augustinus  
uocat Sacramentum uisibile Verbum,  
quia non aliter habet se, quām ipsum  
corporale Verbum, ut ē in autem ip-  
sum Verbum incurrit, ut moneat, sic  
Sacramentum incurrit in oculos, ut mo-

A R T I C . E C C L E s

neat nos promissionū diuinarum , & ex-  
citet ad credendum. Porro promissio ad  
nexa huic Sacramento hæc est , Corpus  
Domini traditum esse pro nobis . Item ,  
Hic est calix noui Testamēti , id est , no-  
uæ pmissionis , scilicet promissæ gratiæ  
& omnium bonorum spiritualium.

D E P O E N I -  
tentia .

**I**AM dixi pœnitentiam non esse distin-  
ctum Sacmentū ab aliis , sed signifi-  
cari tum à Baptismo , tum à manduca-  
tione corporis Domini & sanguinis . Ita  
pœnitentia per omnem uitam durare  
debet , iuxta illud : Si spiritu facta carnis  
morificaueritis , uiuetis .

Partes pœnitentiæ sunt contritio , id  
est , dolor de admisso peccato , seu uere  
perhorrescere iudiciū Dei , & sentire qđ  
sumus rei æternæ mortis . Talis contri-  
tio in aliis frigidior , in aliis uehementi-  
or est . Est igitur orandum , ut Deus effi-  
ciat uerissimā , sicut & Propheta Hiere.  
dicit

S I A E S A X O N I A E.

dicit: Postquam ostendisti mihi, percus-  
si femur meum. Semper autem homi-  
nes ad cōtritionem adhortādi sunt. Hæc  
ipsa contritio uocatur Mortificatio ue-  
teris hominis, uocatur etiam cognitio  
peccati, eamq; Deus efficit.

Secūda poenitētiæ pars est Confessio,  
quum Deo confitemur peccata, id est,  
fatemur nos iure puniri. Et tamen roga-  
mus ueniam, iuxta Psalmū iii. Dixi con-  
fitebor aduersus me iniustitiam, & tu re-  
misisti impietatem peccati mei. Est & a-  
lia confessio, quæ fit sacerdoti, in hac nō  
est exigenda scrupulosa enarratio omni-  
um debitorum, est enim impossibilis iu-  
xta illud Psal. Delicta quis intelligit? Sed  
tamē ad Eucharistiam nemo admitten-  
dus est, nisi antea exploratus. Interroga-  
ti autem debent, non tantū quid de Eu-  
charistia sentiant, sed etiam an doleant  
se peccasse, quomodo credant se conse-  
qui posse remissionē peccatorū. Postea  
hortandi sunt, ut proponat, si quo casu

H iii

A R T I C . E C C L E .

maxime anguntur. Est etiam exponendum eis, quod Deus dedit claves ecclesiarum & loco Dei, itaque absolutionis sententiæ credant propter Christum.

Satisfactio ita docenda est, non esse aliam satisfactionem, nisi passionem Christi, & sic augeatur in eis contritio, tanto pere displicere Deo peccatum, ut nulla creatura pro peccatis satisfacere potuerit, sed ipsum solum Dei filium esse mitigandum, qui satisfaceret. Necesse est igitur Deum uehemeter odisse peccatum, & ualde duros esse, qui, cum uideant filium Dei pro nostris peccatis occidi, non commoueantur, nec cogitent, quantas penas daturi sint, quum pergunt peccare.

Secundo augeri fides debet, cum audiant tantam esse misericordiam, ut Christus ipse suam mortem uoluerit pro nobis offerre, Quæ potest alia uberior consolatione esse in corde afflito, quam cum audiant Christum peccata sustulisse, & suam satisfactionem uelle respici, non respici

S I A E S A X O N I A E.

respici nostra aliqua opera. Conscienc-  
tia enim horrore iudicij tacta , sentit ea  
non esse satis ad placandum Deum . Fi-  
des autem est certe sentire , quod propter  
Christum peccata nobis cōdonata sunt.  
Et quod Deus iam receptum in gratiā ,  
uelit regere & defendere.

D E C O N I V=

gio.

**D**iligenter etiā inculcari debet cōiu-  
gibus, ut cogitēt, se adeo copulatos  
esse , propterea credant illud uitæ genus  
placere Deo , & Deum per omnia fortuna  
turum esse. Multæ sunt cōiugum aduer-  
sitates. In his expectent à Deo cōsolatio-  
nem , credant Deum opitulaturum esse ,  
quādoquidem per ipsum copulati sunt ,  
iuxta illud : Quos Deus coniunxit , ho-  
mo non separet. Item Salomon: hauri-  
et uoluptatē à Domino , quasi dicat , Do-  
minus in aduersis cōsolabitur coniuges.  
Sæpe uir , sæpe mulier , sæpe liberi peri-

H iiiii

## ARTIC. ECCL.

clitabuntur: Aliquando angit eos inopia, aliquando educatio liberorum. In his casibus recurrent ad hanc authoritatem: A Deo copulati estis. Itaque speremus & postulemus ab authore nostrâ societatis auxilium.

Secundo hortandi sunt coniuges, ut alter alterum toleret, in tanta infirmitate animorum humanorum, saepe causas dissidii incidere, quas discant per patientiam mitigare. Hac de re diligenter praecepit Petrus.

Tertio docendi sunt, ut uasa sanctificent, hoc est, ut moderentur uoluptate.

## DE C A S I

bus prohibitis.

**S**Vperest, ut moneantur Pastores de casibus prohibitis coniugii, qui uarii incidunt, ideo in illis diiudicandis cautissime debent. Primo, non admittatur, ut cōtrahant personæ cōtra gradus prohibitos in lege Mosi. Notum autem est, qui

SIAE SAXONIAE.

Qui gradus sint, Leuitici xviii, Alicubi a-  
vunculus, aut patruus neptem ducit, hic  
quocq; casus in Leuitico prohibitus est.  
Propterea dissuadeant huiusmodi con-  
iugia.

Caussa diuortii, est adulterium. Sed  
hic priusquam fiat diuortium, semper re-  
conciliatio tentanda est, nec licet disce-  
dere ab adulterio, aut reiicere adulterā  
sine iudicio Ecclesiæ, hoc est, eorum,  
quibus commisit Ecclesia.

Item non licet ei personæ, quæ disces-  
sit ab adultero, contrahere matrimoni-  
um cum alia, nisi diuortium coram Ec-  
clesia, id est, publice coram his, quibus  
comisit cognitionem Ecclesia, factū sit.

Quid si alter coniugum alterum dese-  
rit? Respondeo, In hoc casu nihil te-  
mere statuendum est, sed diligenter re-  
quiratur persona, quæ discessit, nec in-  
nocenti personæ permittatur aliud ma-  
trimonium contrahere, nisi antea per  
legitimos Magistratus sit requisita per-  
sona, quæ discessit.

A R T I C . E C C L E s

Quid si mulier ægrotet morbo Galli  
co, seu lepra , liceat aliam ducere ? Re-  
sponsio , Non licet , nec morbū esse cau-  
sam rescindendi matrimonii , nec sene-  
cta causa est dividendi . igitur Pastores  
in his casibus iudicādis cauti sint . Quid ,  
si quis contraxit cum aliqua , & postea  
etiam contraxit cum secunda , eamque  
stupravit , utram habebit ? Respondeo .  
Primam , quia fides data ualeat . Secunda  
decepa est . Non enim potest promitte-  
re , quod alteri tradiderit . Sic præsentia  
Iura decernunt , quibus obtemperare cō-  
uenit .

Quod si quis stupravit virginem , an  
cogēdus est ut ducat ? Charitas est ut du-  
cat , & ut hoc faciat , hortandus est . Sed  
si nō uult ducere , dotet eam . Ea est in iu-  
re poena constituta stupranti , aut du-  
cat , aut dotet .

Quod si quis ducat contra parentum  
uoluntatem , debet retinere ? Respon-  
deo , æquum est , ut retineat . Quia quan-  
quam

## S I A E S A X O N I A E.

quam parentes habeant ius aliquod , tam  
en eo iure uti debent sine iniuria alio-  
rum. Debent tamen & Magistratibus ali-  
qua mediocri poena puniri , qui contra-  
hunt contra uoluntatem parentum , si  
parentes hoc non ultro condonant libe-  
ris . Item sunt uidenda causæ , cur pa-  
rentes cupiant rescindi contractum.

## D E T R A D I T I O.

nibus Humanis,

**I**N hoc postremo loco tractando , ma-  
gna pars Concionatorū plurimū col-  
locat temporis , quum loci pœnitentia ,  
timoris , fidei , bonorum operum , obe-  
dientiæ erga Magistratus , multo magis  
necessarii sint ad instituendā conscienti-  
am & mores , quam hæc disputatio de  
traditionibus humanis . De timore Dei  
interim nihil dicunt : isti quid aliud fas-  
ciunt , quam quod ait Christus , glutin-  
unt Camelum , & colant culicem . Pro-  
pterea moneo Concionatores , ut uulgo

A R T I C . E C C L E S

restedē hoc loco dicant & caute. Tra-  
tent ea potius , quæ ad ædificationem  
faciunt, nempe superiores locos. Nīmia  
enim inseſtatio traditionum humana-  
rum , quid facit aliud, quām ut uulgas  
adſuſcat ad omniū legum humanarū,  
& diuinarum contemptum. Non enim  
discernit uulgas satis inter diuinās & hu-  
manas leges . Itaq; hoc genus scandali  
ſumme cauendum eſt docentibus.

Traditionum , alia manifeste præci-  
piunt contra diuina præcepta, hæc non  
ſunt ſeruādæ , quia dicūt Apostoli A&to.  
v. Oportet Deo magis obedire , quām  
hominibus. Huiusmodi ſunt nondinati  
ones Miffay , Miffæ pro defunctis. Nam  
Miffa eſt instituta ut eſſet Sacramentū ,  
ſeu memoriale uiuorum , ad exercendū  
eorum fidem , mortui uero nullo opere  
poſſunt exercere fidem ſuam. Sic etiam  
traditio eſt de cœlibatu , quia pugnat  
cum loco , ubi Paulus ait ; Melius eſt nu-  
bere quām uri. Cogit enim traditio il-  
la eos

S I A E S A X O N I A E.

la eos, qui uruntur ad peccandum.

Secundo, quædam traditiones sunt de mediis rebus. De his ita doceant, eas nō esse necessarias ad iustificationem, sicut Christus ait: Frustra colunt me mādatis hominum. Sed inter has, quædam sunt utiles ad pacem Ecclesiae, ut obseruatio Dominicæ, aut aliarum feriarum Pascatis, Pentecostes, Natalis, aut similiū. Oportet certum diem populo constitui, quo conueniat ad descendū, nec semel tota historia Euangelica tradi potest. Quare alia aliis diebus traditæ, alia in Pascate, alia in Pentecoste, alia in Natali docentur. Ad hunc usum tales traditiones seruadæ sunt, quia præcipit Paulus: Omnia sicut in Ecclesia ducere. Erit enim confusio, si non consti-tuantur certus dies multitudini, quo conueniat. Huiusmodi etiā ordinatio cantionum est. Effet enim confusio, si suam quisq; cantionem decantaret, & nō certam aliquam Cantilenam omnes canerent.

A R T I C . E C C L E

Sic igitur hæ traditiones sunt seruati-  
dæ, non tanquam necessariæ ad iustifica-  
tionem, sunt tamen utiles ad pacem, &  
sicut longa ueste, non militari sacerdos  
libere utitur, & alia, alio labore, uel ne-  
gotio uti potest.

Si quis argumentatur, potestatibus  
esse obediendum, & potestatem præci-  
pere omnes traditiones seruari. Item,  
Supra Cathedram Mosi sederūt scribæ,  
quicquid dicunt, facite. Respondeo.  
Obediendum est potestati, sed si præci-  
piat facere contra præceptum Dei, iam  
Deo plus obediendū est, & Christus ius-  
sit Pseudoprophetas uitari. Porro om-  
nes traditiones, etiam mediæ sunt con-  
tra Euangelion, quando exiguntur tan-  
quam Dei præcepta necessaria ad iusti-  
ficationē, quia Paulus ait: Nemo nos  
iudicet in cibo aut potu &c.

Item uocat doctrinas Dæmoniorum.  
Sed in uiolandis traditiōibus seruan-  
da est moderatio, ne offendamus infir-  
mos

SIAE SAXONIAG.

mos. Infirmi autem sunt duplices, Alii accipiunt occasionē licentiaē, ut magna pars uulgi, nesciens quam ob causam li- ceat uiolare traditiones, nec discernunt inter praecepta dei, & traditiones homi- num, iuxta induit contemptum omniū legum, diuinās & humanās traditiones contemnere. De hoc gradu scandali dī- cūm est: Væ homini per quem ueniunt scandala. Alii sunt infirmi, qui nondū satis sunt instructi, & suspicantur doctri- nam falsam esse, itaq; abalienantur & reliquis doctrinā partib<sup>9</sup> necessariis. Pau- lus ait, se malle mori, quām offendere fratrem. Item, Si haberē fidem, ut mon- tes transferrem, charitatem autem non habeam, nihil sum. Cedit igitur in tali casu fides aliquandiu charitati, propte- re a huiusmodi offenditiones diligenter ui- tandae sunt. Hæc satis est monuisse.

De traditionibus hominū nō prodest usque adeo multum quotidie disputare apud uulgos. Quare non potius hortan-

gur eos ad seruitutem, ut Paulus ait,  
 Qui vocatus est in circuncisione, non ac-  
 cersat præputium. Qui est apud eos, qui  
 uescuntur carnibus, uescatur in nomine  
 domini, Qui est apud alios non uescen-  
 tes, non iudicet eos, & abstineat. Hoc  
 consilium dedit Ambrosius matri Au-  
 gustini, ut Romæ seruarēt ritus Roma-  
 nos, Mediolani Mediolanenses ritus, q[uo]d  
 sciret quod non iustificant.

Diligenter etiam discernant Ecclesia-  
 sticas traditiones, ne putent legibus ci-  
 vilibus conscientias non teneri. De his  
 enim Paulus ait: Obedite non solū pro-  
 pter metum, sed etiam propter conse-  
 ntiam,

### DE LIBERTA- TE Christiana.

**L**ibertas Christiana primū hæc est, ha-  
 bere remissionē peccatorū per Chri-  
 stum, & consequi spiritum sanctum, per  
 quæ liberemur à potestate diaboli. Ioh.  
 iii.

## S I A E S A X O N I A E.

iii. Si uos filius liberarit, uere liberi estis.  
De hoc gradu libertatis diligenter docen-  
dum est, nam haec affert conscientiis ma-  
ximam utilitatem. Nam qui luctantur  
cum peccatis, quum sciunt sibi promis-  
sum esse anxilium, aduersus infirmitate  
carnis, aduersus diabolum, ne uincant,  
ne rapiantur ad peccandum, magnam ha-  
bent consolationem.

Secundus gradus, est liberatos esse nos  
à lege Mosi, sicut Paulus ait ad Ephe. ii.  
& Colossenses.ii.

Sunt autem legis tres partes, Decalo-  
gus, Cæremoniæ, & iudicialia. Sumus  
itaq; liberati ea pte legis, quæ nō exigit  
iustitiam cordis. Hæ sunt cæremoniæ &  
iudicialia. In lege Mosi primogenitus  
habebat duas partes hæreditatis. Hære-  
ditates diuiduntur nunc iuxta Romanas  
leges, licet enim uti gentilibus legibus,  
quia Deus approbavit gladium gentiū.  
Item leges gentilium sunt ex legibus  
naturæ collectæ. Porro leges naturæ sūt

A R T I C . E C C L E .

etiam diuinæ leges, Rom.ii. Sunt autem tales, Neminem lædere , suum unicuique tribuere , ab alterius uxore abstinere, certis legibus matrimonia contrahere , aleare sobolem , reddere gratiam , obedire Magistratibus . Hæc omnia Deus scriptis in animis nostris.

Quum autem uocamus diuinæ, scriptas in saxe, cur non uocamus etiam leges diuinæ, scriptas in cordibus nostris? In lege Moysi Decimæ tantum dabantur sacerdotibus, apud nos Decimæ illis dæ sunt , quibus eas Magistratus nostris tradi iusserunt, Sic legibus nostris suspensimus fures, Lex Moysi non suspendit.

Decalogus autem exigit iustitiā cordis , propterea non est abrogatus , quia Christiana iustitia, est iustitia cordis , non externa quædam uel Cæremonia , uel τῷ λαῷ τεῖχος. Sed sicut Paulus ait. πλάτων  
μαζί εἰς σύρραχοις . Propterea etiam Decalogus est repetitus in Euangeliō , & exigitur , sicut ait Dominus: Non peribit a pex

SIAE SAXONIAE.

pex de lege. Hæc pars legis, quæ scripta est in cordibus, non potest aboleri, cum natura humana non sit abolita, in qua scripta semper extat. Hæc docentur copiose in Actis. xv.

Hunc gradum libertatis, de politicis ordinatiōibus, & iudicialibus, oportet tenere eos, qui docent in Ecclesiis, quē cum non tenerent ante biennium authores seditionis, magna alimenta furoris sumpserunt inde, qui Decimas uolebāt eripere nobilitati, uolebant uenationes publicari, sylvas cōmunes reddere, qđ erat prædam potius, quam libertatem Christianam docere.

Postremo autē infimus gradus libertatis est, quod Deus non exigit ad iustificationem traditiones humanas. De hoc uno gradu, quem facile est ex prædictis cognoscere, tantum docent pleriq; de superioribus rebus magis necessariis, nihil aut raro loquuntur, quod est plane glutire Camelum, & deuorare Culicem,

ARTIC. ECCL E-  
DE LIBERO

Arbitrio.

**V**olo etiam non nihil de Libero arbitrio adscribere, quomodo doceri debeat, de quo plerique ualde incommodi loquuntur.

Voluntas humana est ita libera, ut facere aliquo modo possit iusticiam carnis, seu iustitiam ciuilem, ubi lege & uicem cogitur, ut Non furari, non occidere, non moechari. Paulus enim, cum iustitiam carnis uocat, docet esse quandam iustitiae partem, quam caro suis uiribus faciat, Rom. ii. Gentes natura faciunt, quae legis sunt. Quid autem faciunt nisi ciuilem iusticiam? Exigit autem Deus iustitiam hanc. i. Timoth. i. Lex est iniustis posita, uult Deus coherceri rudes & imperitos doctrina legis.

Propterea doceant, in nostra manus aliquo modo esse carnem frenare, & ciuilem iustitiam praestare, &hortentur diligenter ad recte uiuendū, quia Deus hanc

SIAE SAXONI AE.

hanc quoq; iustitiam exigit, & grauiter  
puniet illos, qui adeo negligéter uiuunt.  
Nam sicut aliis donis Dei bene uti debe-  
mus, ita etiam uiribus, quas Deus natu-  
ræ tribuit, bene uti deimus.

Sed has uires diabolus impedit, qui  
agitat corda ad peccandū, & propemo-  
dum cogit, id ergo moneant homines,  
ut accendantur ad petendū auxilium &  
Deo, ita Deus adiuuabit etiam natura-  
lia dona.

Secundo, uoluntas humana non est  
libera, si respicias opera spiritualia, ut  
Veram fidem habere erga Deum, habe-  
re uerum timorē, cor castum, deponere  
concupiscentiā, sui amorem. Sic enim  
aīt Paulus: A nīmalis, id est, carnalis ho-  
mo, non percipit ea, quae dei sunt, Ro.  
viii. Legi dei non potest subiici. Vera il-  
la spiritualia nō potest efficere ratio, sei-  
licet, timorem dei, castum cor, gaudi-  
um, fidutiam in cruce. Atq; hoc est de-  
mum ueram Christianā iustitiam diuini

A R T I C . E C C L E

rus accipiendā esse. Ciuilis iustitia nō est  
satis corā Deo, q̄uis etiā deus exigit eā.

D E L E G E.

**L**Ex est docenda propter duas causas,  
habet enim duos effectus, cohēcere  
carnem, & terrere conscientiam.

Primum igitur docenda est & urgen-  
da, ut cohēceantur rudes homines, iux-  
ta illud, Lex est iniustis posita. Non em̄  
delectatur Deus ista uitæ feritate quo-  
rundam, qui cum audierint non iusti-  
ficari nos uiribus & operibus, somni-  
ant se uelle expectati à deo, donec tra-  
hantur, interea uiuunt impurissime, hi  
maximas pœnas dabunt deo. Sunt igit  
ualde obiurgādi & docētibus in Ecclesia.

Secundo, docenda est lex, ut terreat  
conscientias, iuxta illud: Per legem co-  
gnitio peccati, id est, homines ad pœni-  
tentiam uocantur, & per pœnitentiam  
ad fidem, & ad iustitiam Christianam.  
Hos

S I A E S A X O N I A E.

Hos duos effectus legis ob oculos , & in  
conspectu habeant , hi qui docent in Ec-  
clesia , diligenter tradunt doctri-  
nam legis , alioqui , ubi do-  
ctrina fidei sine lege tra-  
ditur , infinita scan-  
dala oriun-  
tur ,  
uulcus fit  
securum , & somni-  
ant se habere iustitiam fidei ;  
quia nesciunt fidem in his tantum  
esse posse , qui habent contri-  
ta per legem  
corda .

F I N I S.

1874 949

600,000,000,000,000,000,000  
500,000,000,000,000,000,000  
400,000,000,000,000,000,000  
300,000,000,000,000,000,000  
200,000,000,000,000,000,000  
100,000,000,000,000,000,000  
50,000,000,000,000,000,000  
25,000,000,000,000,000,000  
12,500,000,000,000,000,000  
6,250,000,000,000,000,000  
3,125,000,000,000,000,000  
1,562,500,000,000,000,000  
781,250,000,000,000,000  
390,625,000,000,000,000  
195,312,500,000,000,000  
97,656,250,000,000,000  
48,828,125,000,000,000  
24,414,062,500,000,000  
12,207,031,250,000,000  
6,103,515,625,000,000  
3,051,757,812,500,000  
1,525,878,906,250,000  
762,939,453,125,000  
381,469,726,562,500  
190,734,863,281,250  
95,367,431,640,625  
47,683,715,820,312  
23,841,857,910,156  
11,920,928,955,078  
5,960,464,477,539  
2,980,232,238,769  
1,490,116,119,389  
745,058,059,695  
372,529,029,348  
186,264,514,674  
93,132,257,337  
46,566,128,668  
23,283,064,334  
11,641,532,167  
5,820,766,083  
2,910,383,041  
1,455,191,520  
727,595,760  
363,797,880  
181,898,940  
90,949,470  
45,474,735  
22,737,367  
11,368,684  
5,684,342  
2,842,171  
1,421,085  
710,542  
355,271  
177,135  
88,567  
44,283  
22,141  
11,071  
5,536  
2,768  
1,384  
692  
346  
173  
86  
43  
21  
10  
5  
2  
1

2 1 3 1 3